Et premit insones nullo de iure subactos.
 O iudex attende boni documenta decoris.
 Non licet iniuste nimium; nimiumque potenter
 Innocuos turbare uiros: & iura superba

Eccle.xi.



**Violare
amicos.**

Ne molli-
ris amico
tuo mali:
cum ille in
te habeat
fiduciam.

Qui uni
homini fa-
cit iniuriã:
multis mi-
natur. Po-
tentes po-
tenter tor-
menta pa-
tientur.

Dicere: que nequeas illeſa mente profari.
 Peſſimus ille quidem eſt fidum qui pungit amicum:
 Et nocumenta ſuis rebus damnosa miniſtrat:
 Verus amicitie gradus eſt: prodeſſe uiciſſim:

puer.iii.
&.xi.

- Eccf. xxv.** Et facere alternis uicibus bene facta propinquis.
Luce. xi. Tempore iam nostro non producuntur amici:
 Quales argolicas quondam uiguere per oras.
Achilles Filius equoreę nymphę formosus Achilles:
patroclus Atq; Menoeciades falsis confossus in armis.
Pylades Quas Pylades laudes: preconiã quanta meretur:
Horestes. Impiger insanum nusq; dum linquit Horestem:
 Atq; per ignotas terras comitatur amicum.
Demades. Quid Demaden laudo: quid pythia carmine tollo:
pythias Pignus amicitie solido qui adamante ligarunt:
Scipio. Scipio magnanimus libyę dominator & arcis
 Sydonię: charos recte est ueneratus amicos:
Lelius. Lelius ast itidem nobis exempla probatę
 Prebet amicitie: cunctis imitanda per orbem.
Theseus Theseus argiuus timor & formido tyrannis
 Qui fuit: & stygio uictor bene notus in orbe:
 Per diras acherontis aquas: per liuida regna:
 Per uada lethęi fluuũ: per tartara nigra
perithous Perithoum fidum comitem fuit usq; sequutus.
 Heu nunq; tales nunc inueniuntur amici.
puer. xiiii. Virilitas proprii cunctos iam uexat honoris,
& .xxix. Nulla fides: pieras: constantia nulla relucet.
Ecclesiastici Est animus nobis omni pernitor hasta:
xxxvii. Nec manet in cursu mens deprauata benigno.

De contemptu scripturę.

Si quis credere uult loquacitati:
 Atq; omni fatuo: uidens libellos
 Tot scriptos, anime bonum docentes:
 Ad nostros fatuos parat rudentes.

ad Thi.

iii.

Luce. xvi. Credere scripturis nolit quicumq; uetustis:
 Atq; prophetarum diuinos negligit orfus:

Est fatuus
 q̄ bona cel
 Credere qu
 Constanti



Non hom
 Non put
 Neclupe
 Nil tuar

Est fatuus, nugas potius dum querit aniles:
 q̄ bona celicolum sapiens documenta sequatur
 Credere qui scriptis nō uult: quibus arma salutis
 Constant: & fidei firmantur robora sacrę:



Non hominis uitam gerit is quin more ferino
 Non putat esse deum: nec fata potentia cęli:
 Nec superos trepidat: dominum nec credit olympi.
 Nil iuuat assidua quosdam lassare querela:

Eccl̄a. iiii.
 marci. x. Vi
 Ioh. iiii.

**Scrip
 ture con
 tēptus.**

Erit tēpus
 cuz sanam
 doctrinaz
 nō sustine
 bunt sed a
 ueritate q,
 dē auditū
 auerrent:
 ad fabulas
 aut cōuer
 rent. Si qs
 ex mortu,
 is ierit ad
 illos pñiaz
 agent. hñt
 moysen &
 pphās au
 diāt illos.

psal. xiiii.

x. di. c. fi.

- Atq; docere bonos mores: uitamq; decoram:
 Nec iuuat erherei depromere munera regni:
 Aeternosq; choros superum: sedesq; beatas:
 Nec prodest stygijs undas: erebique meatus
 Pandere lethiferos: cinctos liuentibus undis:
 psal. xci. Contio quid prodest fatuis: quid lectio sacra:
 Quid prodest recitare sacras per pulpita leges:
 puer. xxiiii Dogmata quid profunt a nostris scripta pphetis:
 Sunt adeo obrusi quidam: q; credere nolunt
 Scripturis fidei: & preceptis iure probandis.
 puer. xii. At certe hi fatui nullo terrore tenentur:
 Iuuenalis. Nec duras barathri poenas: nec uerbera ditris
 Esse putant: cæco lic ducunt tempora cursu:
 Infanoq; nimis uiuendi errore uagantur.
 Ante pedes cernis fidei monumenta sacratę:
 Lucę. xvi Cernis & antiquas leges: christique triumphos:
 Nec ramen attendis quid diuum pagina dicat:
 Vnde salus anime maorat, requiesq; perennis:
 De cog. Non tua simplicitas poterit defendere crassos
 spi. cū uir. Errores: qui te tandem sub tartara mergent.
 Ergo malam, cuncti uitam emendare laborent.
 Eccle. iiii. Nam deus omnipotens sceleratos lance tremēda
 Math. xxi. Iudicat: & uarias infert formidine poenas.
 Lucę. xiiii. Immittitq; animas orco quo luce carebunt:

De improuidis fatuis.

Qui non prius scit parare
 Sellam: q̄ uult equitare.
 Si is cadit inconsultus:
 Risum mouens: erit stultus.

- puer. xiiii. Sunt fatui ulterius cupio quos rite docere
 Psal. clxxx Ne semper mentis nubila cęca gerant.

Incautus q
 Ignauus
 Accidit ad
 Hoc fier



Non anru
 Sufuer
 Post factu
 Sruint q

Incautus quia nam, demensq; improvidus, atq;
 Ignauus: curat fata futura nichil.
 Accidit aduersi si quid sibi: nemo putasset
 Hoc fieri, aut illud posse uenire malum.

Seneca.



Nō pui
 dere fu-
 tura.

Sapiens ti-
 met & de-
 clinat a ma-
 lo: stultus
 transiri &
 pfidit. Sa-
 piens non
 dicit: non
 purabam
 hoc fieri:
 sed oēs fu-
 turos pui-
 det euetus
 Dū ppe-
 xero, non
 cōfundar.

Non rantum lucis p̄s̄entis cernere cursum
 Sat fuerit: sapiens cuncta futura uidet.
 Post factum: rebus fatuus qui consultat actis.
 Stulticię effugiet uix mala damna suę.

Ecc̄l. xxxii

- Salustius. Consultare prius qui scit. securior omni
 Tempore erit: nocuum prouidet atq; malum.
- Adam. Anteaq; fructum ueritum gustauerat Adam
 Si prospexisset damna futura prius:
 De paradisyaco non pulsus gramine, nudus
 Exisset: facti pręmia dura luens.
- Ionathas. Antea si ionathas caperet q̄ dona Triphonis
 i. machab. Voluisset fraudes: lethiferosq; dolos:
 xii. Non circūuentus strepitu atq; hostilibus armis:
 Spectasset populi funera dira sui.
- Iuli⁹ cesar. Iulius externis metuendus Cesar in oris,
 Semper erat cautus: consilioq; potens:
 Ast ubi tranquillo uitam ducebat in euo:
 Languēbāt capitis prouidi facta sui.
 Nam si legisset porrectas ante senatum
 Chartas: interitus non properasset atrox.
- Nicanor. Ense metunt dextram linguāq; Nicanoris hostes:
 i. machab. Non erat incept⁹ prouidus ille sui.
 vii. Qui bene consultat rebus: qui prouidus omni est
 Prouer. ii. Tempore: foelici tramire fata subit.
 & xiii. Prodest quando quidem cautę meditatio mēris:
 Profuit examen: consiliumq; bonum.
 Cernimus aduersis urgeri casibus omnes
 Preter consilium qui sua fata gerunt.

De amore uenereo.

Insanos trahimus fatuos cum fune ligatos.
 Quisquis amat: passim retia nostra subit.
 Decipimus plures: & sautia membra sagittis
 Percutimus: uulnus nulla medela iuuat.

- Ecc̄l. xi. Qui tua blanda uenus: sequitur fera iussa, dolosq;
 puer. V. Et properat diros tempreare Cupidinis arcus:

is fatuus, m
 Quas Venu
 Quos homi
 Cōmemora



Et cecidit P
 Ob perdis
 Marcus rom
 Non iugul

Is fatuus, miseros casus, & fata subibit.
 Quas Venus insignes luxu prostrauerit urbes:
 Quos homines pharetris olim transfixerit atris:
 Cómemorare liber: ceciderunt pergama Troig:



Et cecidit Priami sedes: sceptrumq; iuperbum:
 Ob paridis cecum: quo cum flagrabat: amorem.
 Marcus romane princeps Antonius arcis:
 Non iugulo sua colla truci: lethoq; tremendo

Ouidius de re
 med. amo.
 Troia.
 priamus.

Calamitat amatoꝝ.

Ne intenderis
 fallacie mulie
 ris: Fauus eni
 distillās labia
 meretricis. &
 niriū oleo
 guttur ei? No
 uissima autem
 illi? amara q̄si
 absinthiu3, &
 lingua eius acu
 ra quasi gladi
 us biceps.

Littore quot
 cōchē: tot sūt
 in amore do
 lores.

M. anthonius

Folio

- Cleopatra Fregisset: si non Cleopatrem iussa tulisset.
 Et si non furia tanta tentasset amorem.
- Ouidius Quisquis amat: ratione caret: sine lege: modoque
 Discurret: patiturque graues in amore dolores.
- puer. V. Magna premit cunctos: ueneris uehementisque potestas.
 Nemo satis prudens: qui mollia spicula uitet.
 Quem feriunt autem: stultus durabit & amens:
 Nam sine mente ruit: constanti pectore nusquam
 Ambulat: ad ueneris semper mandata recurrens.
- Ouidius. ii. Quisquis enim pueri est pharetris transfixus acutis:
 mertha. In uultu nescit bene dissimulare furores.
- Phedra. Si non spurcus amor phedram torisisset adultam:
 Non tenerum collum laqueo fregisset iniquo.
- Pasiphae. Pasiphae thauri non deperisisset amore
 Si procula ueneris stimulo secura fuisset.
- Iulia. Non rot abortiuus foedasset Iulia romam.
- Messalina Non calidum intrasset proch Messalina lupanar:
 Si bene casta faces ueneris uirasset & arcus.
 Ad miseros casus & magna pericla cupido
 Subdolanus & fallax sexum deducit utrumque.
- Additio Addo his infames draucos, paricosque cingdos:
 S. Brant. Quos contra, ultrices flammę, leges quoque surgant:
 In autem. ut Horret enim humanum genus hec comertia federa:
 non lux. col. Ob que flammiumo perierunt imbre Gomorreę.
 na. col. Vi.
- Sodoma

De peccatis super dei misericordiam.
 Quisquis forte putat sola pietate moueri:
 Et iustum pariter non putat esse deum.
 quod parcat uitiis semper miserator iniquis:
 Humana penitus hic ratione caret.

de pe. dist. Nunc fatuos referam quos uefania crassa
 quia diuinitatis. Omnia conturbat uitiis, ritumque prophano.



Sunt qui
 Sancti
 Is quia
 Iudicium
 Sit plus
 Omnia
 Human



Sunt quidam tantę nanq̃ impietatis: ut usq̃
 Sancta dei spernant posito decrera pauore:
 Is quia sit cunctis miserator gentibus: atq̃
 Iudicium non grande ferat: de crimine mundi:
 Sit pius atq̃ bonus: nec iam mortalia curer
 Omnia: peccanti liceat sperare frequenter.
 Humanum est peccare quidem: delicta parentes
 di.

Peccare sup mĩa dei.

Deus multo p
 nior ē ad mise,
 ricordiaz q̃ ad
 penā uel uindi
 ctā. Non tamē
 misereī eorum
 q̃ assidue pec,
 cant. unde nul
 lus expectet
 donec pecca,
 re non possit.
 penitentia enī
 ferotina mul,
 tos solet deci,
 pere. Vis ergo
 euadere quod
 icertū est, age
 penitentia dñi
 sanus es.

xciii. dif. dia.
 de. pe. dif. Vii.
 nullus.
 Eccī. V. & cxi.
 Psal. lxxx V.

Psal. c V.

- Fecerunt nostri. que nos tortura manebit:
 Alter ait comitum: non sunt pia regna, uel auctis
 Facta: poli aut brutis: ueterum scit scripta referre:
 Historias recitat: chartasq; & bibliopolas:
 Allegat peccasse patres: hominesq; priores:
 Eccle. i. q; nouum non sit scelus ullum tempore nostro
 Artamen (usq; uelim) peccator pensitet illud:
 q; delicta patrum nunq; impunita fuere.
 Exodi. xx. Semper habet uitium trutinam poenasq; sequaces.
 Sodoma. Non Sodomę luxus: non magna superbia Romę
 Roma Non furor in Mossen toruus: rabiesq; Pharonis:
 Pharao Effugit iustam celestis iudicis iram.
 Sapię. V. Dat spacium ad peccata deus: non omnibus horis:
 Peccantem punit: tamen impia facta malorum
 Iob. xxi. Iudicis ęterni sententia tristis in orbe
 Eccle. ix. Persequitur stygio: tenebris flammisq; seueris.
 Luce. x. Sit licet usq; dei pietas immensa: fauorq;
 Gratia sit numeris nullis pre scripta, modoq;
 Psal. xl vii Non tamen a summo diuina astręa tonante
 Sapię. i. Discedit: iusti remanet sed dextera regis.
 Esayę. i. Tempore si nostro, poena sine, crimina currunt:
 Morte sed ęterna trepidanda piacula soluent:
 Deu. xxiii. O male sperantes: magnus super ęthera princeps
 Eccle. ii. Iusticię normam: semper legesq; tenebit:
 Cum quibus ad fetidum sceleratos trudet auernum

De fatuis ędificandi incoeptibus.

Qui uult nunc ędificare:
 Et quid magnum attentare:
 Sumptus debet pensitare:
 Quibus possit hoc parare.

Quisqu
 Antea n
 Est fatu
 Quod p
 Vires: S
 Cooper
 Nec uir
 Penitit



Incipere et
nō prius p
uidere.

Qui edificat
domū suā in,
pendiis alienis
quasi qui colli
git lapides su,
os in hyeme.
Ve q edificat
domū suam in
iniusticia & ce
naculū suum ī
iudicio. Ira ex,
pendēdum est
ut ānuarim ali
quid super sit.
propter neces,
sitares supue,
nientes.

Quisquis opus magnum tentat cōponere: sumptus
Antea nec reputat: nec tempus computat ipsum:
Est fatuus plane. sapiens nāq̄ extruit illud:
Quod potis est: tentatq̄ nihil quod ferre recusent
Vires: & rerum census: nūmicq̄ paterni.
Coeperunt multi struere alta palatia, & edes:
Nec vires ualere suq̄: sumptusq̄ futuri.
Pēnituitq̄ operis tandem illos non bene cepti.

d. ii.

xxii. q. ii. faciat

Eccle. xxi.
Hiere. xxii.

- Nabucho Rex Nabuchodonosor fastu commotus iniquo:
do. q̄ manibus Babilona suis/struxisset/amenam.
- Danie.iiii. In caput illius tandem plaga magna reluxit:
Quam recinit nobis patrum sincera uetustas.
- Nemroth. Excelsam turrim produxit in æthera Nemroth:
Gene.x. Quam tumidi nunq̄ possent dirumpere flucus:
Imperfecta tamen molis structura remansit.
- Eccle. xxi. Diuitias grandes & plenos poscit aceruos/
Hieremię Qui molitur opus manibus componere uastum.
xxii. Vsq̄ adeo quidam fatui sunt: qui satis illa
Non pensant nec prospiciūt quos damna sequūtur.
A cunctisq̄ irridentur stloppo atq̄ cachinno
Magnificas edes:opera & sublimia:pauci
- Lucullus. Tentarunt ueteres:potuit fecisse Lucullus.
Crassus Istuc & Crassus:quo uix opulentior ullus
Floruit:Assyrias qui sparsit sanguine carras.
- Salustius. Quisquis magna cupit:factum quoq̄ nititur ingēs:
Sit cautus.nūmosq̄ suos,& computet arcam.
Quid possint uires rerum:quid parua facultas:
Ne risum multis creet:& ludibria tollat.
Nempe alias operis cępri:atq̄ impensa laboris
- Serui⁹ten. Perditur:incassum molesq̄ incepta uiderur.
in autē de Inceptare nihil,melius,q̄ linquere coeptuin.
nō a ie.col Qui facit id:damnū is sentit:labemq̄ notamq̄.
ii. Omne hominū inuentū tandem cariōsa uetustas:
Eccle.iii. Conterit:& rapido consumitur insuper euo.

De potatoribus & edacibus.

Paupertatis onus uix Ganeo præterit ille
Noctes atq̄ dies qui bibit atq̄ uorat:
Illius ingluuiēs:crapula:immoderata uoluptas:
Rerum:anīmę interitum:corporis atq̄ facit.



Hic etiam
Contrah
Noctes at
Estarcit fi
Nl agit h
Tractat: S
Immoder
Conditur



Hic etiam naues fatuorum scandit: & amplas
 Contrahit antennas manibus, longosq; rudentes:
 Noctes atq; dies uinum qui ingurgitat ori.
 Et farcit stomachum dapibus uictuq; guloso.
 Nil agit hic aliud, q̄ q̄ certamina uini
 Tractat: & euacuat calices, amplasq; lagenas.
 Immoderata meri rabies: mala tristitia morbi
 Concirat: & nullis rebus discrimina ponit.

d.iii.

De epuloni bus.

Cū ad equales
 bibit pot⁹ ille
 pl⁹ laudat qui
 plures iebriat:
 & calices fecit
 dios exhaustos,
 Potores bibuli
 media de nocte
 phalerani. Oderunt
 porrecta negatem
 pocula. Ebrietas
 & mētis inducit
 exiliū: & libidinis
 puocat incentiuū.
 Nō est hodie seruit⁹:
 si ebrietas non
 fuisset. Fecit
 di calices quos
 nō fecerunt
 desertum.

c.a. crapula de
 ui. & ho. cle.
 Horati⁹ i ep̄la
 xxx V. dif. sex,
 to die.
 Esay. V.
 Eccle. xxxi.
 de con. dif. V.
 ne tales.

Osee.iii. Inducit subitas mortes:& tristia fata:
 Luce.xxi. Laxat corporeos nexus:pręcordia soluit:
 xxx V. dif. Polluit & sensus:caput & geniũq; modestum.
 uinolęrũ. Contaminat uinum:simul & crapulosa uoluptas
 pue.xxiiii Vina nocent capiti:faciunt & pectora cęca:
 xxx V. dif. Ingenium frangunt nřidum.mentesq; uřiles.
 uenter Ebrietas parit omne nefas.& dedecus ingens:
 puer.xx. Et parit insanos homines sine lege,modoq;
 xxx V. dif. Qui uiuunt:sordesq; malas,luxusq; procaces
 luxuriam. Obseruant:semperq; meri certamina uersant.
 ad eph.V Ebrietas uenerem stimulat:lumbosq; salaces
 Hor.ĩ epi. Incitat ad luxum:parit & perulantia corda.
 puer.ulti. Ebrietas ratione carens furiosa per orbem
 xxx V. di. Transuolat.& finem nullo discrimine ponit.
 c.ultimo. Ebrietas mores frangit:linguasq; loquaces
 herodor⁹. Efficit.& mentis secretum sepe recludit.
 Iustin⁹ li. i. Rancidius nihil est:nihil est sceleratius illis:
 Thomiris Ingluies quorum uino insatiata:fatiscit.
 Cyrus. Non Thomiris natus cecidisset uictus ab ipso
 Q. Curti⁹. Cyro:si tumidi uitassent pocula bacchi.
 Alexāder. Magnus alexander morbo ebrietatis inepto
 i.Thim.V. Correptus:gladio proprios iugulabat amicos.
 Eccle.xxxi Est modus in rebus:uini moderatior usus
 Eccle.ii. Nil nocet:interdum sensus conseruat acutos.
 xxx V. dif. Qui sine lege bibit:magnas uacuando lagenas
 luxuriosa Sorbet:ad extremum poenā experietur amaram.

De inutilibus diuitiis.

Diuitias molles clausa qui continet arca:
 Et conseruat opes:concumulatq; suas:
 Vsq; adeo,ut miserum nunq; solerur amicum:
 Hic aliquando petet cum nihil accipiet.

Plurima
 q; colitu
 Thesaur
 Diuitiis
 Quam se
 Nil mor
 Nullus a
 Hic cap



Diuitiarū solicitude.

Noli anxio esse
in diuitiis inu-
stis. nō enī pro-
derūt tibi i die
obductiōis &
uindictę. Nil p-
derūt thesauri
impietatis: iu-
sticia uero libe-
rabit a morte.
Ve uobis diui-
tibus q̄a habe-
tis hic conso-
lationem uestrā
Diues & pau-
per obuiaue-
rūt sibi: utrius-
q̄ operator ē
dominus.

Plurima stulticia est: uotum quoq̄ inane putamus
q̄ colitur tantum funesta pecunia: & ingens
Thesaurus rerum: & tam perfidus ardor habendi:
Diuitiis lectis maiores dantur honores:
Quam sophię. meliore gradu stant munera ditis.
Nil mores colimus sanctos: uirtutis amator
Nullus adest: animos confundit copia rerum.
Hic sapiens solus: iuris consultus: & auctor
d.iiii.

Eccle. V.
puer. x. & xi.
Luce. xvi.
puer. xxii.
Iob. xxvii. &
psal. xlviii.
puer. xxviii.
Horatius. ii. i.

- Diues in exhausta nūmos qui possidet arca
 Curia sola patet diti/prudensq; senatus:
 Ouidi. i. fa. Solus habet laudes. conquirat solus honores:
 puer. xiiii. Solus amicitias: licet has uirtute meretur
 Iuuenalis Nulla: sed nūmis donantur premia tanta:
 De censu in primis: de moribus ultima semper
 Eccle. xiii. Questio: quot pascat nūmos: quot iugera campi.
 Quantum quisq; sua nūmorum seruat in arca
 Tantum habet et fidei. iuret licet: & samothracum
 Per ueteras aras: contemnere fulmina pauper
 Creditur: atq; deos, diis ignoscentibus ipsis.
 puer. xix. Quando quidem tales sanctissima diuitiarum
 Maiestras tollit titulos: & nomina confert:
 Diuitibus lepores: pisces: auiumq; saporis
 Atq; aprici clunes. & quicquid dulce macellum:
 Mittitur est uacue semper stant pauperis edes.
 Psalmo Ah uesana fames: & rerum dira libido:
 xxxvi. Quid tamen hoc pdest: quod deuorat oia auarus
 Eccle. iiii. Semper habens: nihil & ieiunio sufficit ori:
 Psalmo Nec modus aut requies: nō hunc cumulauit aceruū
 xxxviii. Is sibi. sed lites subitas post funera linquet.
 Ainos. ii. Vtilis est nūmus multis: inglorius illi
 puer. xi. Qui nescit seruare modum: legemq; modestam
 Math. xix. Qui nil pauperibus doni elargitur amicis:
 Marci. x. Hunc deus omnipotens extremo fine relinquet:
 Luce. xii. Nec capiet uultu placido sua uota precesq;
 Thob. iiii.

De obsequio duorum dominorum.
 Ille duos lepores uenator captat in uno
 Tempore: per siluas quos canis unus agit
 Qui cupit ardenter dominis seruire duobus:
 Hic plusq; poterit: sepe agitare uolet.

Stultus &
 Et mundo
 Nam uelut
 Raro fit
 Qui capta
 Horum
 Vis sibi
 Raro fit



Stultus & is. summo qui uult magnosq; tonanti:
 Et mundo pariter querit seruire prophano.
 Nam ueluti dominis qui seruire duobus
 Raro fit: ut talis semper sit gratus utriq;
 Qui captare duos lepores conatur, in una
 Hora: uenator comitatus cum cane solo:
 Vix sibi contingit leporem q; subleuet unum,
 Raro ferit metam: signataq; stigmata luto:

Seruire duobus.

Nemo potest
 duobus dn̄is
 seruire: aut enī
 unum odiet &
 alterū diligit:
 aut uni adhe-
 rebit & alterū
 contēnet. Nō
 potestis deo
 seruire & mā-
 mone. Qui ad
 utrūq; festiat,
 neutrum bene
 peragit. Pluri-
 bus itētus mi-
 nor est ad sin-
 gula sensus.
 Cor ingrediēs
 duas uias non
 habebit suc-
 cessus.


Math. Vi.
 Luce. xvi.
 Eccle. iiii.

glo. in l. fl. C.
 de assel.

x Vi. q. i. Qui pharetras multas tendit, uariasq; balistas
 p̄sbiteros. Quisquis multa suis humeris imponere rerum
 glo. i. c. ac/ Officia: & solus uastos uult ferre labores:
 cufar⁹ de/ Difficile est: semper licitum si seruet, honestum &
 here. li. Vi Nunc huc, nūc illuc raptus, sine fine uagatur:
 Aequora nūc sulcat: trabibus nunc per mare currit.
 c. diuers. Iam terram ignotam querit, gentesq; pererrat.
 de cle. cō. Raro diu perstat qui bina negocia gestat.
 Eccle. V. Qui facit ut placeat multis: hunc semper oportet
 Quēlibet astute blandis palpare lacertis.
 c. cū singu Perferat: officiis queat ut seruire duobus:
 la. de p̄bē. Verba det ingenuo que sint permixta lepore:
 li. Vi. Et quod sit placitum faciat semperq; loquatur:
 lxxxix. dif. Blandidulis cunctos uerbis, manibusq; saluet.
 c. i. Ceruicem domini succis: & pectus inungat
 Eccle. i. Illecebris: quo sit solita non maior in aula:
 & .ii. Et caueat ne quem turgenti concitet ira.
 Iacobi. i. Hic quia p̄gravidam gestat cum pondere molem
 c. ga in tm̄ Ocia rara simul: mentis raramq; quietem:
 de p̄ben. Attamen officii numerus pluralis, auentem
 Efficit, ut lucri sudores perferat atri.
 xxi. q. i. cle Sanctius & melius: domino seruire probato:
 ricum. Atq; uno: possis cui per benefacta placere:
 Eccle. ix. q̄ domino usq; nouo famularier omnibus horis.

De nimia garrulitate.

Qui linguam frenat: rictus compescit & oris:
 Mens angore huius tristitiaq; uacat.
 Qui loquitur temere cadit in discrimina: sicut
 Que pullos prodit murmure pica loquax.



Garrulus a
 Ad nauem
 Carbasa ue
 Sunt plures
 Summus &
 Dum tangit
 Inuidie telu
 Qui reuere



Garrulus atq; loquax qui tempore blaxterat omni
 Ad nauem is properet fatuam: cōscēdat in arcem.
 Carbasa uentus agit: fatui properate loquaces.
 Sunt plures quorū est summa oblectatio uitę:
 Summus & affectus linguam exercere procacem.
 Dum rangunt: quod nemo uolet retigisse: merentur
 Inuidie telum: melius tacuisse profecto
 Qui reticere potest cum magno forsan honore:

Garrula lingua.

Ois natura be
 stiarū & uolu
 crū & serpētū
 & ceterorū do
 manē & domi
 ra sūt a natura
 hūana: linguā
 aut null⁹ hoīs
 domare pōt.
 Ingerū malum
 plena ueneno
 mortifero. ipā
 maculat torū
 corpus & c.
 Qui custodit
 os suū custo
 dit aiām suā: q
 aut incōsidera
 tus est ad lo
 quēdū sentiet
 mala.

puer. xiii. & x.
 psal. cxxxix.
 Eccle. ix.
 iacobi. iiii.
 Ecclesiasti. V.

alistas
 rerum
 s:
 nestum &
 atur:
 oue.
 mare currit.
 errat.
 .
 oportet
 .
 s:
 pore:
 uatur:
 alutet.
 at
 at:
 .
 dcre molem
 n:
 tem
 ato:
 e:
 us horis.
 oris:
 .
 sicut
 quax.

- prouerbi. **A**ttamen eloquitur: nec uult compescere fauces:
 xVii. **I**ncurrit quandoq; grauis discrimina noxe:
 digito cō, **E**t casus miseros. melius strinxisse labellum.
 pesce la, **R**espondet qui sponde sua: non ante rogatus.
 bellum. **S**e fatuum infusum cunctis exponit: & offert,
 Iuuenalis. **O**bscene pariter cōmissa pericula lingue.
 Iob. xV. **S**unt fatui plures qui garrulitatis inique
 prouer. **L**eticiam capiunt: & lingue gaudia uana:
 xViii. **Q**ui tamen interdum pēna plectitur acerba.
Hieremię **M**ultos lingua procax casus sufferre coegit
 xViii. **A**ngustos: quid enim fallax delatio prodest:
Osee. Vii. **L**inguosus, sua cum fas est malefacta fateri:
Atq; sacerdoti culpam proferri. filescit:
Nec uerbum ructare potest: dum p̄mia celi
Dantur: & examen miserum de crimine fertur.
Multi prudentes & sani forte fuissent:
Si se non proprię sedassent uerberē lingue
Adsit in exemplum miseris, normāq; salubrem
Pica **P**ica loquax, pullos que garrulitate frequenti
Ecclēsi. V. **P**rodit: & ad nidum nimio clamore susurrat.
puer. xxV **P**auca loqui: & castę seruare silentia lingue
Tutius & melius, qui respondere laborat
Omnibus: incurrit damnum quandoq; molestum.
Ecclē. iiii. **S**ermo placet modicus: moderato tempore fusus.
Virtus clara quidem est tutum seruare labellur.
Rite loqui fas est: quod bona lingua docet.

Inuenire rem alienā & nō reddere.
Inueniens aliquid proprios quod seruat in usus
Istud & inuentum qui putat esse suum:
Tanq̄ iusta dei, sinat id retinere, uoluntas
Hunc dēmon fatuum decipit atq; ligat.

Feruor auar
 Carmina:
 Iccico faruo
 Qui sua ne
 Inueniunt qu
 Vibus ob
 Et tenebris e
 Ut credan



Feruor auaritię mea non sinir usq; silere
 Carmina: sed satyram tendere ubiq; meam.
 Iccirco fatuos merito hic dicemus inertes.
 Qui sua non solum: uerum aliena tenent.
 Inueniunt quidam thesauros: res alienas:
 Visibus obseruant hec q; reperta suis:
 Et tenebris cęcis adeo sua pectora firmant:
 Ut credant superos hec tribuisse deos:

**Inuenire
 et nō red
 dere.**

Si qd inue
 nisti & nō
 reddidisti
 rapuisti:
 q̄tū potui
 sti fecisti.
 quia plus
 nō iueisti.
 &c. Vnus
 quisq; enī
 scire d̄bet
 qd suū nō
 est: ad aliū
 perrinere.

xiiii. q. V.
 si quid in
 uenisti.

I. cū quere
 bas. C. Vn
 de. Vi.

- Non curant ad quem dominum res perdita spectet:
 Quod fortuna leuis obtulit: usq; tenent.
 Audi: quem tanta trahit impietate cupido
 Audi: nec renuas hęc documenta precor
Augusti. A casu si res alienas inuenis: illas
 Esse tuas nunq̄ credas: aliena profecto
 Sunt ea. quęso tuos: si quos in pectore sensus
 Usq; geras: censor consule stulte tuos:
i. petri. iiii. An bona que proprio non sunt quęsita labore.
Deutron. Rite tenere queas: impius error adest.
VII. Inuenias aliquid: quod nullo iure parastris:
 Ad dominum debes mittere sponte suum.
ange. insti. Si non est notus, res ad quem perdita spectat:
de re. diui. Nescis & heredes quos bona iura manent:
in fi. Inuenias debes mox res in pauperis usus
 Vertere: mendicos hisq; iuuare uiros.
 In proprios usus qui uertit res alienas:
 Quodq; suum non est: conterit atq; rapit:
 Hic acherontęis animam demerget in undis:
 Excutians sese perpetuaq; siti:
xxxii. dist. Thesauri raptor parum a pędone dolofo
erubescat. Distat: res raptas prauus uterq; premit.
Hier. xvii En deus omnipotens: teq; extra atq; in cute noscit
psal. vii. Actus deinde tuos: noscit & ingenium:
In regula Inuenies, si quod sacra iura tenere uerabunt:
pcrm. l. vi Redde: nec inuentis pollue corda malis.

De eo qui in alios animad,
 uertit, & met peccat.

Quisquis iter planum poterit transire uiator:
 Quod monstrat posita dextera fixa uia:
 Attramen in ceno: atq; siru: crassaq; palude
 Ambulat: is sensu, seu ratione caret.



Peruolat ad n
 Qui procul a
 Castigat facin
 Et proprias ui
 Abcondunt n
 Omnia facta h
 Kdiculum mal
 Nec tamen ad



Peruolat ad nostros, centorum turba, phaselos
 Qui procul aduertunt aliene crimina frontis.
 Castigat facinus: quod nec committere abhorrent:
 Et proprias uitii sordes, scelerisque parati
 Abscondunt maculas: alios culpae parati:
 Omnia facta hominum temere in conuitia uertunt
 Ridiculum nasum tollunt grandesque cachynnos,
 Nec tamen aduertunt quae sauitia membra malorum

Medice cura te ipsum.

Bñ docen
 do & male
 uiuendo
 deū instruis
 quomō te
 cōdenare
 d'beat, qui
 uidit utili
 us & facit
 dererora
 Ablit eira
 dius lucis
 sine mora.
 Extersis o
 culis alio
 rum dāna
 uidemus
 Ad discer
 nēdū ppa
 sensus hēt

xl. di. c. i. in
 sti. q. cum
 co. ceterū.
 gl. i. c. ea q̄
 d' sta. r̄gu.
 iii. q. vii.
 iudicet. &
 c. in graui
 bus.

dita specten
 ent.
 do
 cor

o
 nsus
 abore.

ti:
 um.
 ecrat:
 nent:

apit:
 andis:

ofo
 mit.
 cure noscī
 m:
 unt:
 lis.

iator:
 uia:
 de

Folio

- Gestent. & morbos uicioso in pectore natos.
 Sepe manus fixa in directo tramite campi
 Monstrat iter rectum: per quod non ambulat ipsa.
- iii. q. vii. Sic faciunt tales, hominum delicta norantes:
 tria. Nec proprium censent facinus: uitamq; pudendam
- Math. vii. Quiq; uolunt oculo de fratris sumere spinam:
 Luce. vi. Inspiciant se ferre trabem: pondusq; molestum.
- Iuuenalis. Multi se Curios simulant: durosq; Catones:
 Fabritiosq; probos: simulant sanctosq; Metellos:
- Esaye. ix. Multi Socraticam tentant ostendere frontem: &
 Grande supercilium: quor; tamen impia uita est.
- Iuuenalis. Et quor; tacita sudant p̄cordia noxa.
 Cícero. Hinc Ciceronis adest sententia clara disertī
 Qua docet: ut nullus peccata aliena fatiger:
 Hic nisi sit uacuis uitiis, & criminis expers.
- Luce. iiii. Multa tibi possem dare nunc prouerbia parrum.
 xxvi. dist. Nam ueluti medicus qui alios sanare medelis
 una tantū Molitur: nec se poterit sanare medendo
- i. q. i. multi Sic agit ille quidem: qui alienos carpere mores
 Gliscit: & in propriis delictis turpiter h̄ret.
 Sunt plures: aliis bene consultare sciunt qui:
- xlvi. dist. At sibimet nequeunt licitum suadere & honestum
 sit rector Vos quoq; presbiteri: populo qui concionatis
- xxv. dist. Iussa dei: fideiq; simul p̄cepta saerat;:
 pm̄. xlii. Quando alios homines uerbis culpatis & ore:
 disti. i. ne, Vita sit immunis uestra, & sine sorde probata.
 cesse.

De contione sapientię.

Quem sacra delectat diuum sapientiã: quiq;
 Pectore flagranti dogmata sancta colit:
 Hic cunctis p̄stat: clarosq; meretur honores:
 In celo datur & digna corona sibi.



Clamat uo
 Ogenus hu
 Dicite que
 Dicite mor
 Et sacre par
 Solutiam
 Querite do
 Querite qu



Clamat uoce graui populo sapientia cuncto:
 O genus humanum ad nostram cōfede cathedrā.
 Discite quid recti doceant mea uerba, boniq;
 Discite mortales castę monumenta Minerę
 Et sacrę pariter sua dogmata discite lingue
 Stultitiam crassam tota deponite mente;
 Querite doctrinam, qua constat uita, salusq;
 Querite quę bona sunt: funesta pecunia nūq̄
 e. i.

Sapientie precepta

Usq̄ quo par,
 uuli diligiris i,
 fantiā & stulti
 ea q̄ sibi sūt no
 xia cupient:&
 iprudētes odi
 būt sciētiā:cō,
 uerrimi ad cor
 rectionē meā.
 Discite & o mi
 feri causas co,
 gnoscite rerū.
 Quid sumus
 aut quid nam
 uicturi gigni,
 mur ordo. q̄s
 dat? a merç q̄
 mollis fluxus:
 & unde.

Prouer. i.
 Persius. iii. sat.

Prouer. xlii.

- Alliciat uestros animos ad crimina spurca.
 Sardonychē fuluum superat sapientia, & aurum:
 Argentumq; simul, gemmas, nitidosq; berillos:
 Non Adamas melior: non est Magnesia cautes.
 Est maior toto sapientia prouida mundo.
 Quicquid & oprari poterit: non prestat aceruum.
 Aequalem sopher: cunctis prestantior ipsa est.
 Nil habet equiualeus: similis nec gloria fulget.
 Consiliis princeps toto dominatur in orbe.
 Temperat hęc urbes: populos: magnumq; senatum:
 Corporis hęc prebet uires: & corda polita.
 Clamitat ad cunctos sapientia, uoce tubali:
 Me duce sceptrā tenent reges, rutilasq; coronas:
 His mores legesq; dedi de pectore sacro:
 Me duce principibus regna obseruantur/auita:
 Ac per me gentes: sincera lege reguntur:
 Quę mala stulticię fugiunt: cęcosq; furores.
 Qui me rite colit: qui me ueneratur: amatq;
 Hunc ueneror: mitisq; sequor, cum laude perhenni:
 In me diuitię sacre: thesaurus & ingens:
 Et bona foelicis consistunt premia uite
 Me deus eternus diuino numine obumbrat:
 Nataq; de cerebro: sum magnum & sparsa per orbē.
 Celestis per me maestas cuncta parauit:
 Et sine me nihil, est in celo atq; orbe creatum.
 Insiptens igitur qui non mea dogmata tractet.

Iactatio & confidentia fortunę.
 Se fortunatum, foelicem, seq; beatum
 Qui putat: & sorti nimium confidit iniquę.
 Laudat & extollit fortunam: sentiet olim
 Cum minime retur: tectum crepitare domumq;



Hic quoq; d
 Prouenit
 Qui iactat
 Aridere
 Et iactat q
 Respicit
 Oportet
 Quorum



Hic quoque dignus erit nostra rate, siue lyburno
 Prouehi: & insipidum stultus adire chorum:
 Qui iacobundus fortunam semper in omni
 Arridere sibi reputat: atque cupit.
 Et iactat quod se gremio fortuna benigno
 Respiciat: sint & prospera cuncta sibi:
 O fatue: enormis que te uesania torquet:
 Quorsum, te rerum fata caduca trahunt:
 e.ii.

Fortune vanitas

Successus huius
 ne prosperitatis
 uerum indicium
 eterne damnati-
 onis est. De pro-
 ciato peccato no-
 li esse sine me,
 tu: neque adici,
 as peccatum super
 peccatum. Misere-
 ricordia enim &
 ira ab illo cito
 proximant. & in
 peccatores respi-
 cit ira illius. Len-
 to ei gradu ad
 uindictam sui,
 diuina prece-
 dit ira: tarditateque
 supplicii graui-
 tate compensat.

Augustinus,
 puer. xx viii.
 Eccle. V.
 Valeri. li. i.

Esaie. lx v.

Folio

- Cur nimium subitis audes confidere rebus:
 Cum bona fortunę non stabilita: ruunt:
 Incassum iactas sanę ludibria sortis:
 Augusti. v. Foelix qui se non implicat hisce bonis.
 Iactas diuitias: iactas q̄ copia rerum
 Te beat: inq; manus prospera multa fluūt.
 Iactas successus faustos, & fortis aceruos:
 Cum finem incertnm fors tamen omnis habet.
 Seneca in Pestihero multos fallit fors nubila uultu:
 hercule fu Instabilumq; trahit, non bene fida rotam:
 renti. Stultus quem passim rerum successus inescat:
 Confidit rebus qui bene fortuitis:
 Demonis horrendi. mihi credite: filius hic est:
 Posthabitis superis: qui bona uana colit.
 Quem stygius Pluto conatur fallere: rerum
 puer. xxi. Huic cumulum prestat diuitiasq; malas:
 Que damnant hominē sitibundū in gurgite fusco
 Luce. V. In quo ranarum pessima turba fluūt.
 Stultus qui iactat fortunę commoda: certus
 Prouer. i. In quibus, & stabilis non solet esse gradus.
 Fortunam patienter habe: nec prospera iactes
 Fata: hodie diues: cras quoq; pauper eris.
 Iuuenalis. Non in fortunę manibus foelicia rerum
 Munera dependent: sed deus illa tenet:
 Et mutat quodcunq; uolet: tu stulte profanam
 Ne fortem extollas: nunq̄ ea firma manet.

De nimia curiositate mortalium.

Qui curas hominum cunctorum ferre laborat:
 Nec proprios fructus: nec sua damna uidet.
 Is quoq; sit patiens: & discat ferre dolores
 Si premitur mundi mole, ruatq; graui.

Qui plus ferre
 quales: hic fa
 imprudens et
 Vult molem
 Cum sit opus
 Qui dorso im
 Et capit id qu
 Corruit: & c̄



Qui plus ferre cupit: propriis portare lacertis
 Quae ualer: hic fatuus sua sponte pericla subibit.
 Imprudens etenim quisquis ceruice parata
 Vult molem sufferre grauem: & iuga tristitia solus.
 Cum sit opus multis talem portare laborem.
 Qui dorso imponit spaciosi pondera coeli;
 Et capit id quod ferre nequit: uelociter iste
 Corruit: & cepti hunc tandem imprudētia mordet.
 e.iii,

Cura inuti- lis.

O curas hoim
 o quātū est i re
 bus inane. Alie
 na curas ea q̄
 ad te non arti,
 nēt. Noli pl^o sa
 pere q̄ oportet
 at. Altiora te
 ne quēsieris: &
 fortiora te ne
 scrutat^o fueris.
 Sed quē prece
 pit tibi de^o illa
 cogita: & i plu
 rib^o opibus ei^o
 ne fueris curio
 sus. Nō est enī
 tibi necessariū
 ea q̄ abscondita
 sunt uidere o,
 culis tuis &c.

de renun. c. i. in
 prin. li. Vi.
 Persius. i.
 Teren.
 Ad roma. xii.

Prouer. xx.
 Eccle. i. & xiii.

- Iuuenalis.** Historię nobis recinunt exempla: q̄ ille
Alexāder. Magnus Alexander toto sudasset in orbe:
 Europę atq; alię fines: non deniq; mundus
 Suffecere sibi: tanq̄ pro corpore paruo
 Non satis ista foret tellus quam iure teneret.
 Attamen exigua tandem compositus in urna:
 Sarcophago contentus erat paruoa; sepulchro.
Eccle. VII. Mors horrenda docet: quo quis contentus abire
 Debeat: & qualem sectentur corpora finem.
Diogenes Cynicus ille, fuit gręcis plus diues in oris
Horatius Cognitus: & sophię celebris p̄ceptor & auctor:
 Non edes magnas: non hic sublimia tecta
 Quę sūt: at uacuo speculatus uase: forato &
 Astrorum motus: curauit secula nusq̄.
 Magna quies istunc atq; ocia blanda manebunt
 Qui forti curas abigit de pectore uanas:
 Haud onus imponit dorso quod ferre recusat.
Iuuenalis. Maxima qui tentat: uo^o qui concipit alta:
 Pondus & aggreditur rerum: tolerare labore
 Grandia: quę mordax imponit cura lacertis.
pue. x VII. Quid iuuat ingētem | manibus q̄ uincimus orbem:
Sapient. V. Angoram frustra patimur: curasq; modestas:
Mat. x VII Si tandem hanc animā, stygias mittemus in oras:
 Qui curat quid mundus agat: quo cęsar in orbe
Sapient. VIII Martem agitet: nunq̄ tranquilla uiuit in hora.
 Stultus & is: curans q̄ nec mutare ualebit.

Mutuum accipere.

Haud facile emergit qui semper mutua sumit:
 Nam lupus, est mesę tempora nulla uorax.
 Calcitrat hunc usinus plantis quandoq; recuruis
 Seraq; mortiferi damna doloris agit.



Multiplica
 Eradic
 Profueritq;
 Soluend
 Expoliant
 Censib
 Sepe etiam
 Mutua



Multiplicata suis manibus qui mutua sumit
 Era: hic uersuram soluere stultus habet.
 Profueritq; parum q; metam & tempora tarda:
 Soluendi statuit: mox quia tempus abir.
 Expoliant usura uorax & foenora multos
 Censibus: ingrata[m] pauperiemq; creat.
 Sepe etiam nudos homines facit es alienum.
 Mutua pauperibus exitiosa nocent:

e.iiii.

Mutuum accipere.

A nullo accipi
 ens mutuum.
 Qui enim mu-
 tuū recipit ser-
 uus est fenera-
 toris. Mutua,
 bis peccator &
 non soluetur,
 stus autem mi-
 seretur & retri-
 buet. Omnia
 tēpus habent:
 & suis spaciis
 trāseunt.

Deutro.xv.
 Prouer.xxii.
 Psal.xxxvi.
 Eccle.iii.
 Psal.lxxi.
 puer.xxviii.
 Lucę.vi.

Folio

Schemate quid tamen hoc præscripte pagina legis:
 Aut Satyre excursus: significare uelint:
 Accipe: nam fatuos uitiorum semita trita
 Quos trahit: & scelerū quos malus error habet.
 Deuoro: qui peccant: uetite quoq; mutua sumunt
 Legis: & impuro foenora corde fouent.
 Peccati cumulum faciunt: atq; aggere magno
 Constituunt molem: ponderibusq; grauant
 Imponunt humeris strictum cum mole capistrum:
 Pondere suscepto cunctaq; membra tremunt:
 Eccle. vii. Non ut peccatum cumules. tibi tempora donat
 & viii. Hęc deus: emendes sed malefacta petit:
 Eccle. xii. Vindicat interdum mortales uerbere diro:
 xxiii. q. iiii. Nabucho Viscitat & lento crimina sepe pede:
 donosor. Adsit in exemplum Sodomorum tarda ruina:
 Sodoma. Qua cecidit iuuenis: decrepituq; senex:
 Gen. x viii. Et Solyme præbent nobis exempla uetustę:
 iiii. re. x vi. Thob. xiiii. Propter peccatum que cecidere malum.
 Thob. xiiii. Nilicolas iridem plagis subitq; ruinis
 Mich. iiii. Ob scelerum molem triuerat ipse deus.
 Exodi. iiii. Et plagis uariis recutitę semina mentis
 Iohelis. iiii. Affecit: quamuis gens benedicta foret.
 Amos. ix. Murua qui sumit nequeat que soluere: stultus.
 Esaię. i. Nam metam positam non lupus ipse uorat.
 puer. xxii. Sic deus omnipotens tribuit tibi tempora uite.
 Thob. xiiii. Non ut peccatum: sed bona perficias.
 Eze. x viii.

De inutilibus uotis & petitionibus.
 Qui superos passis manibus, uotisq; precatur:
 Nec tamen ex iusto pectore uota fluunt:
 Quod petit a superis uotum non percipit illud:
 Materiam risus deinde aliquando dabit.

Carpin^o hac
 Que temere a
 Voto homo
 Sed que tristi
 Adsit in exem
 Quitemere c
 Est: & hinc
 Huic fuit ad



Carpim⁹ hac Satyra optatus quoq; & improba uora
 Quę temere a superis nulla ratione precamur.
 Voto, homo sepe perit, quę non intelligit ipse.
 Sed quę tristia sint discrimina forte datura.
 Adsit in exemplum Midas rex: supplice uoto
 Qui temere optabat q̄ quicquid rangeret aurum
 Effret: & hinc stolidę damnosa optatio mentis
 Huic fuit ad pęnam, nam panis uersus in aurum

Quid orandum.

Ante oratiōez
 prepara aiam
 tuam. orōnes
 eniz iustorum
 exaudiet dñs.
 Melior ē finis
 orōnis q̄ prin-
 cipiū. Orandū
 est ut sit mens
 sana i corpore
 sano. Superos
 q̄ precetur &
 oret Vt redeat
 miseris abeat
 fortūa supbis.
 Scimus at̄ qm̄
 pctōres deus
 non exaudit.

Eccle. x. viii.
 puer. x. v.
 Ecclia. vii.
 Lucę. xx. in fi.
 Joh. ix.
 Midas Rex
 phrygum.
 Ouid. met. xi.
 Persius. i. fa.

Folio

- Atq; merum fuerat: sic uoti damna luebar:
 Auriculas asini fatua ut ceruice referret.
- puē. x. vii. Multi diuitias optant, censusq; superbos:
 Et manibus quatunt: Iouis atq; impellere tentant
 Aures: nūmorū ut magnum concedat aceruum.
- Sapie. viii. O male uouentes: funesta pecunia multos
 Ad miseros casus: & tristia fata retrussit.
- Lycinus Quid lycini profunt edes: quid iugera campi?
 Crassus Quid Crassi census: quid Croesi maxima gaza?
 Cresus Non faustum nacti finem: non funera recta.
 Poscit opem neruis quidam, longaq; senectam:
- Iuuenalis. Poscit & in longis opulentus uiuere seclis:
 Quem tamen assidue crapule, tucetaq; crassa
 Debilitant: neruosq; terit lasciuia uoluptas.
- Ad hebre. In poenam multis fuit olim annosa senectus
 viii. In qua sollicito sudamus sepe dolore.
- puē. x. vii. Peleus: & Nestor uiuax: Itacusq; Laertes:
 Peleus Questi sunt seram nimum tardamq; senectam.
 Nestor Accedunt senibus quandoq; incōmoda multra.
 Laertes Tum trahit ad uorum quosdam mundana potestas
- Horatius Exitiumq; que sepe parit, moestamq; ruina.
 in arte. Exoptant alii formosos corporis artus:
- Sapient. v. Atq; anime iccirco perdunt plerumq; salutem.
 Eccle. xi. Optandum est: ut sit mens sana in corpore sano
- Iuuenalis. Et bona fama: fides: & morum uita bonorum:
 Et sedeat uirtus in casto pectore fulgens.

De inutili studio.

Qui studium exercet uanum: sterilēq; palestram:
 Et frustra studii tempora coepta terit:
 Ad partes satyrę ueniat, stultasq; cohortes:
 Ut uideat quid sit perdidicisse nihil.



Nunc super
 Qui cappas h
 Unde trahunt
 Et secrete pur
 Dum studiis
 In plateis por
 Nil studii tra
 Cogitat ha



Nunc superest satyrę: faruos uectare studētes:
 Qui cappas humeris portāt, longosq; cucullos:
 Vnde trahunt post se capparum in puluere caudas:
 Et se scire putāt, quod nō didicere studendo.
 Dum studiis teneros deberent tradere mores:
 In plateis potius ludibria uana sequuntur.
 Nil studiū fructus curat male sana iuuetus:
 Cogitat haud artes magna ratione repertas:

Inutile studium.

In pueritia re-
 quirentes mo-
 dos musicos:
 & narrātes car-
 mina sc̄ptura,
 rum in ḡnatōi-
 bus gentis sue
 gloriāz adepti
 sūt & c. Ociū m
 sine l̄ris mors
 ē. & uiuī hoīs
 sep̄tura. Et ei
 cum deberētis
 m̄gri eē p̄pter
 t̄ps: rursū indi-
 getis ut doceā
 mini q̄ sint ele-
 menta exordii
 sermonū dei.

Eccle. xliiii.
 Ad hebre. V.
 ii. ad thimo. iii

Eccle. xx V.

xvi. q. i. sic
 uiue.

Folio

Sed potius fatui studio laqueantur inertī:
 Vnde nihil morum: nihil & uirtutis habebūt.
 At sophia est ueterum, magno sudore paranda:
 Seneca epi Ocia nil possunt prestare ignaua studentī:
 sto. x viii. Hinc magis admiror: q̄ multi errore profano
 c. nisi cum Nil nisi nunc manibus trīualia grāmata uoluūt.
 pridem de Grāmatices Priscę sincera uolumina spernit:
 renun. Cuius Alexander gallus p̄cordia turbat.
 xxx vii. Hic logicę nodos soluit sermone rotato:
 dis. nōne Et fillogismorum cum garrulitate molesta
 Currere nunc Sortem clamat: nunc stare Platonem.
 Blaxterat: & nescit uerbis imponere finem:
 Eccle. x vi Ars logicę falso nodos, & retia cauta
 Nectit: & explicitum tenebras deducit in atras.
 xxx vii. di. Noctes atq; dies ranarum murmura rauca
 legimus. Effundunt logicę uerbosaq; dogmata clamant.
 Talibus illecebris uiolatur prima iuuetus.
 Vrile nil querens: nil delectabile gustās.
 Eccle. viii Hic uolat ad VViēnā: tenet hūc Erfordia magna
 Hūc basilea fouet. Lyps istum Barbara tellus:
 Hic mare sulcauit: gentes hic uidit Iberos:
 xii. q. ii. Vidit & hic gallos: & magne menia Komę.
 glia epi. Ad patrios tandem redeūt sine laude penates:
 glo. i c. cū Et sine doctrina: cappas ceruice superbas
 ex lris d i. Gestant: pro stulto que respondere studente.
 inte. resti. Possint: incassum tractarunt tempora prima.
 puer. xiii.

Temere loquētes cōtra deum.

Si deus annueret precibus, nostrisq; petitis
 Semper: & ad uorum concederet omnia: plures
 In lachrymas fluerēt mēstas: fletusq; molestos:
 Stultitięq; sue captarent p̄mia iusta.



Vanam opera
 Qui folis r
 Et face succer
 Augere ut
 Stultor ille ra
 Atq; uolar
 Hic superat st
 Eumenide



Corripere facta dei.

Supuacuis la-
borat impen-
diis q solé cer-
tat facibus ad
iuuare. qm di-
uine gré pleni-
tudo adiecti,
one hūana nō
indiget: nec ul-
la regrit omē,
datōis augmē-
ta. sic qui mel-
multuz cōedit
nō est ei bonū
Sic qui scruta-
tor ē maiesta-
tis, oppmetur
a gloria.

Vanam operam impendit: fatuos stultosq; labores

Qui solis radios igne iuuare putat:

Et face succensa: se credit lampada phoebi

Augere: ut plenum plenius efficiat.

Stultior ille tamen: superi qui facta tonantis

Atq; uoluntatem corripit etheream:

Hic superat stultos omnes: uesanior hisq; est:

Eumenides quoꝝ pectora surda premunt.

Vi. q. i. si oia.

Eccle. iii.

Prouer. xxv.

Ad Ro. x. Nanq; dei nostri tanta est sapientia, uirtus,
Iusticia, ingenium, gloria, fama, decus:
Esaie. xl. Consilium tantum, maiestas: tanta potestas:
Non egeat nostro ut sceptriger auxilio.
Prouidus & sapiens a deo est: qui cuncta creauit:
Qui mare: qui terram: stelliferumq; polum:
Ut sua nec minui poterit diuina uoluntas:
Ne ue hominum augeri possit ab ore magis.
Omnia dispensans moderatur: & omnia noscit:
Cordaq; scrutatur: hunc later atq; nichil.
xxxii. dif. Omnia disponit sollerter: legeq; certa
erubescat. Singula constituit: preterit huncq; nichil.
Seu deus ergo tonat: niuibus seu spargit harenam:
Seu uibret forti fulmina dira manu:
Seu ros ethereum mittit: siue astra serena:
Effundit: nimbos seu deus horrifonos:
Sapientie. i. Non homini fas est diuina lacescere iura:
Lactare & controuerba maligna deum.
psal. c. iii. Omnia disposuit sapienter, maximus hic quem
Sapientie Corripis incassum, stulte proterue, deum:
xi. & xii. Vindictam queris scelerum: penamq; malorum:
Eccle. xxiii Cum temere irrumpis: uisq; docere deum
Murmura non fas est: crepitan tia uerba: susurros
Aduersus summum precipitare deum.
Nueri. xiiii Israel interit totiens sic murmure turba:
Iosue. ix. Stultoru hoc cecidit pars quoq; magna modo:
i. corith. x.

Qui alios iudicat.

Se iustum quicumq; putat: uitaq; probatum
Iudicat atq; alios homines, censetq; nocentes:
Nec contemplatur semet: capit ille ruina:
Sic licet in casu: cunctos norat ipse cadentes.



Solliciti uitio m
Incurrunt: mo
Quos spes uana
Properitas: q
Separat esse bon
Magnanimum
Non meruit mor
Floccifacit pe



Judicare alios.

Nolite iudicare
re & nō iudica
bimini. nolite
pdenare & nō
cōdenabimī.
quid āt uides
festucā ī oclō
frīs tui, & tra
bem in oculis
tuis nō uides?
Tollere festu
cam quī uis de
fratris ocello.
Que tua p̄tur
bat luīa tolle
trabē. Iudicet
ille de alterius
errore quō h̄z
in seipō quod
condēner.

Math. Vii.
Luce. Vi.
glo. i. c. ea que
de sta. reg. iiii.
q. Vii. iudicet.
puer. xxiiii.
& xxvi.

Stulticię uitio metuenda pericula multi
Incurrunt: mortis exitiumq; graue:
Quos spes uana trahit uirę: fausteq; salutis
Prosperitas: que mox fluminis instar abit.
Se putat esse bonum, se iustum: seq; potētem:
Magnanimum, & nullum posse subire malum
Non metuit mortem: quoniam spe ductus inani:
Floccifacit post se quicquid in orbe manet.

irtus,
cus:
restas:
silio.
ra creauit:
polum:
tas:
re magis.
ia noscit:
nichil.

nichil.
git harenam:

ra:
os:
ra:
m.
ic quem
deum:
malorum:
deum
a: susurros
m.
a:
na modo.

um
centes:
am:
ntes.

- Horatius in epi.** Quicquid delirant alii: mox carpit iniquo
Dente Theonino: nec sua facta uider.
Sed fatuus qui uis spem pectore seruat inertis:
Qua sperat sese uiuere posse diu.
- Marth. VII** Si uider alterius mortem uirque ruinam
- Ad Ro. ii.** Affore: non meminit se prope posse mori.
- Eccle. xi.** Mox causam fingit: citius cur raptus: atque
Non alias ualidus, nec bene sanus erat.
- Ecclesiast. xxxviii.** Quin tristis: nigro & suffusus sanguine: plenus
Et scelere atque dolis: improbulusque fuit.
Propterea omnipotens excelsi rector olympi
Fecerat hunc subita morte perire uirum.
Post mortem fatuus sceleratus iudicat illum:
Forſitan etheri quem fouet aula poli.
- Sapie. iiii.** Inter coelestes sua qui solatia ciues:
Nectare & ambrosia fors bene pastus habet.
- Eccle. xxi.** Iudicat alterius mortem: qui compede strictus
Est scelerum: & uitiis membra ligata tenet:
- Eccle. VII.** Nec metuit poenam: neque mortis tempora: que mox
Obseruans lachesis: stamina fessa secat.
- Seneca.** Terminus incertus loeti est: incerta diesque: &
Apocal. xviij. Hora: uolant tacito tristia fata pede.
Vir bonus & iustus: falso quandoque putatur
Esse malus: noscitur pectora sola deus.
- iii. q. VII.** Iudicat alterius uitam quicumque probatum:
Iudicet. Sincera, & iustum condecet esse uirum.

De pluralitate beneficiorum.

Quisquis cupit possidere plura beneficia:
Multa solus obtinere possit ac officia:
Plus imponit hic a sello quam portare poterit:
Mortem saccorum misello multitudo parturit.



Sunt: quibus
Et sacru
Nec satis ill
Suscepru
Qui sacros
Morte fa
Et quem fo
Illius ad



Sunt: quibus est animus beneficia plura tenere
 Et sacrum manibus contaminare bonum:
 Nec satis illa ualent uigili curare labore:
 Susceptum nec onus præficere arte queunt.
 Qui saccos asino plures imponere tentat:
 Morre fatigatum destruit ille pecus.
 Et quem sola quidem posset præbenda fouere:
 Illius ad uitam quæ satis usq; forer:

f.i.

Bñficioꝝ pluralitas.

Ambitio quo
 rûdâ in tâtû p
 cessit ut nô du
 as uel tres, sed
 plures ecclias
 habere stude,
 ant: cû uix uni
 possint debirâ
 puisionē ipen
 dere. cû tñ mul
 titudo p̄bēda,
 rû canonib⁹ sit
 iimica. & ualde
 iustū & iiquū
 ē ut multi esu,
 riât forte meli
 ores. & un⁹ e,
 bri⁹ forte nul
 lus i uerbo, &
 pessimus i exē
 plo, abundet

de p̄ben. q̄a in
 tâtum. & c. de
 multa.
 De cle. non res.
 quia nonnulli.
 i. ad cor. xi.
 Eccle. xxiii.

Hunc sed amor nummi funesta pecunia cogit.
Absq̄ modo & numero congerere ulterius.
c. auaricie **Qui cupit assiduo beneficia plura tenere:**
de prebē. **Copia nec rerum quem satiare potest:**
xlVii. di. si **Vsq̄ adeo cecatus erit: pressusq̄ tenebris:**
cut. **Nesciat ut curas connumerare suas.**
Hunc nocturna quies nunq̄ solabitur ulla:
Semper hiat: nullo limite uita iacet.
Saccum hic circumfert in quo non fundus habetur
Sed ieiuna fames: atq̄ cupido uorax.
At magis indignum est asini, indocti, imq̄ periti
q̄ magis hęc faciunt: cuncta tenere uolunt:
Ecclesieq̄ bonis nulla uirtute fruuntur:
xVi. q. i. c. **Atq̄ deum uana religione colunt.**
ulti. xxiii. **Hęc bona pauperibus largiri coelica debent:**
q. viii. cō/ **Vsibus at prauis sic cumulata ruunt.**
uenior. **Dicite pontifices quid uos beneficia multa**
Confertis stultis: quę ratione carent:
An quia iumentisq̄ asinisq̄ imponere fas est
Cūctorum ut saccos atq̄ onera usq̄ ferant:
Quin etiam peius: contenti munere nullo
Conducunt census: mutua lucra locant:
Actu. viii **Hos nec apud satis est Hiesy cum simone tutus:**
i. q. i. petr⁹. **Mangones licitant: uendita rursus emunt**
& c. q. stu/ **Plures quisq̄ igitur prebendas possidet: ille.**
det. **Extremam expectet cum Ioue tartareo.**
iiii. reg. V.

De eo qui exceptiones querit
ad emendandum se.

Qui tantum corui/ cras cras imitatur: & usq̄
Cras canit: haud animo fata caduca notans:
Semper ager fatuuu; nam confidentia stulta hęc
Dicitur: illusit spes ea sepe suos.

Cui deus
 Illius & m
 Omne ne
 Emendet
 Sit licet h
 Sentiat &
 Et spatio
 Crocitra



Cui deus omnipotens de coelo numina mittit:
 Illius & mentem lustrat: quo certius inde
 Omne nefas purget: uitę & delicta peractę
 Emendet scelerumq; graues eliminat actus:
 Sit licet hic positus uitiorum in flumine magno:
 Sentiat & molem: qua mens agitur iniquam.
 Et spatium uitę quo recte uiuere posset:
 Groccitat attramen hic corui de more canendo
 f.ii.

Differens benefacere.

Non rardes cō
 uerti ad domi,
 nū: & ne diffe,
 ras de die in di
 em. Subito enī
 uenit ira illius:
 & in tēpore uī
 dicte disperdz
 te. Hodie ē &
 cras moriet. fe
 num quod ho
 die ē cras ī cly,
 banum mitteſ.
 Hodie ſi uocē
 eius audieritis
 nolite obdura
 re corda uſa.

Ecclesia. V.
 Pſal. xciii.
 Ad hebre. iiii.
 Luce. xii.


Folio

- Cras cras: in melius uitam mutabimus: aut cras.**
- Eccle. V.** Hinc stolidum-insanum, & stultum dicimus omnē:
Qui se uicrurum cras asserit: atq; fatetur:
- Prover. xx. VII.** Cum tamen in foribus mors assidet omnibus horis
Sera nimis uita est que fertur crastina: qui scis
- Ouidius.** An te fata sinant tam longo uiuere cursu:
Cras minus aptus eris: hodie bene uiuere debes:
- Esaie. lvi.** Et purgare caput: quod cum sudore grauatum
Pondera peccati gestat: curasq; minaces.
Ad mala ueloci uolitamus cum pede semper:
Atq; hodie facimus ea: nec differre putamus
- Iacobi. iiii.** Longius: adq; nephas presens nos mancipat hora:
Et festinamus semper ceruice parata:
Illa tamen nobis possunt que ferre salutem
Spernimus: insanos sic nos dementia turbat.
Si forte immineat scelerum confessio nobis:
Diffuginus: rauci repetentes murmura corui.
Et duo cras: aut plus, fatuo ructamus ab ore
- Ecclesi. x.** Implacata tamen: si mors irreperit: ut te
- Math. vi.** Auferat: atq; animam sub tartara nigra remittat:
- Luc. xii.** Tunc uelles fecisse bonum: potuisse nequibus:
Tunc tua sera nimis uox & querimonia: cras cras.
- Esaie. xxii.** Stulte quid exigui te temporis oro uoluptas
- i. cor. xv** Derinet: illa ruunt: & fluminis instar abibunt.
Incipe coelestes hodie perquirere sedes:
- puer. iiii.** Crastina precipitet ne te cunctatio uana.

De custodia mulierum

Custodit pulices fatuus sub sole calenti:
In puteum undantem & flumine, portat aquā.
Qui gerit uxoris curam metuitq; pudoris
Que sibi ni custos fuerit custodia uana est.

Stultior, ar
Spiritus
Quigerit u
Noctes a
Angorem f
Suscipis
Pone seras
Salus: f



Stultior, atq; magis furioso insanus Horeste est:
 Spiritus & uexat hunc male zelotypus:
 Qui gerit uxoris curam: & custodiam inanem
 Noctes atq; dies: sollicitusq; tremit:
 Angorem frustra toleras: frustra q; labores
 Suscipis: incassum te tua cura necat.
 Pone seras: cohibe gressus mulieris: & omnes
 Saltus: & uigil hic latret ubiq; canis:

f.iii.

Obseruare mulieres.

Sí spūs zeloty,
 pie ꝑcitauerit
 uirū ꝑra uxo,
 ré q̄ nihil pol,
 luta ē uel falsa
 suspitiōe appe
 tit̄ relinq̄t deo
 facti hui⁹ iudi
 cū. Ille lauat la
 terē q̄ custodit
 mulierē, facili⁹
 est ardenti sub
 sole obseruare
 pulices: q̄ iuitā
 custodire mu
 lierē. Adde se,
 rá cohibe. sed
 quis custodiet
 ipos. Custodes
 cauta ē ab illis
 incipit uxor.

Iuuenalis.
 Vi. sati.
 Eccle. Vii.
 Numeri. V.
 Eccle. xix.

Iuuenalis.
 Prouer. xxx.

Folio

- Conseret & fortis preclusas pessulus edes:
 Custodes habeat & domos atra suos:
 Quis ramenterea semper custodiet ipsos
 Custodes: uxor si uolet esse procax?
- Ecc̄l. xxv. Foemina producit quam natura pudicam:
 Raro fit ut seruet uincula casta thori.
- puer. xii. Foemina sed que uult tenerum seruare pudorem:
 Et thalami pignus coniugiiq; fidem:
 Vinciri debet nulla compagine ferri:
 Nec structura grauis hostia casta premat.
- Danae. Non turris, Danaes potuit seruare pudorem:
 Ouidi⁹. iiii. Amisit stupro dona pudicitie.
 mertha. Iupiter auricomum flagrans conuersus in imbrem
 Virginis ingremium fluxit: adulter erat.
- Penelope. Libera Penelope fuerat per tempora multa,
 Homerus Absenti retinens membra pudica uiro.
 in odisea. Circa illam quauis uolitare turba procorum:
 Ouidi⁹ in Infracto mansit sed tamen illa thoro.
 epi. heroi. In ueritum plerumq; nefas custodia pellit
 Vxores: uetiti damna pudoris olent.
- Ecc̄l. xxvi Foemina iucundos mores uitamq; probatam
 Seneca in Iuduat: ut famam compareret inde sibi.
 de clama. Et cetus hominum fugiat: uetulasq; procaces
 Helena Et fugiat uafri murmura blanda proci.
 Ouidi⁹ in Si non legisset Helene rescripta dolosq;
 epi. heroi. Idci Paridis: non male rapta foret.

De adulterio.

Est fatuus qui scit uigilanti sterrere naso:
 Et faciem digitis contegere usq; suis.
 Vxoremq; suam subigi permittit: & audit
 Illecebras: ridet subdola catta iocos.

Res miseran
 q; uult co
 Nullus adul
 Italia lex d
 Non matier
 Conserua
 Multis dign
 Alterius



Zenocini
fatuitas.

Patron⁹ ē tur,
pitudinis q cri
men cęlat uxo
ris. qui paritur
uxorę suam de
linquere: matri
moniũq suum
cõrenit: q̃q cõ
taminationem
nõ indignatur
pęna adulterii
cõfligitur: do,
ct⁹ spectare la,
cunar: doctus
& ad calicę ui
gilanti sterręre
naso.

Res miseranda quidem, & censura digna Cathonis,
q̃ uult coniugii nemo tenere fidem:
Nullus adulterii legem, aut pia iura ueretur:
Iulia lex dormit: poena uetusta silet.
Non mulier nec uir sacrați foedera fulcri
Conseruare solent: męchus ubiq̃ iacet:
Multis digna quidem res & laudanda uidetur
Alterius lectum concutere, atq̃ thorum.
f.iiii.

Sene. de ira.
Valeri. li. iiii.
Prouer. xxii.
Iacobi. i.
Ecclesi. xxx.

Iuuenalis.
Vi. sati.

Leuiti. xx. Nec pudor ullus adest: nemo ense, aut saxa ueret:
 Deut. xxii. Iudicium parat: pena remissa lacet
 ff. ad. l. iul. Heu uetus in mechos tua lex tua Iulia dormit:
 de adul. Cesar: ab Elysiis fontibus oro ueni:
 Turpius idq; magis: sunt qui spectare lacunar
 Iuuenalis. Docti: ut per thalamum cautus adulter eat.
 Apponunt digitos oculis uigilantibus: atq;
 Permittunt subigi pignora chara thori.
 c. quemad Vxoris ne scelus audes spectare pudendum:
 modus de Cognita nec culpas probra: marite taces:
 iu. iu. Expulit a regno fratrem Pelopeius Atreus:
 pue. x viii Foedasset proprii q; sibi iura thori:
 Atreus. Atq; duos natos mactauit funere mesto:
 Sen. i thy. Quo luerant moechi crimina foeda patris.
 ff. de adul. Ingens clamor erat quando Lucretia passa est
 l. stupor. Stuprum: a lasciuo contaminata uiro.
 Lucretia. Collatinus enim coniunx rumore leuato
 xxxii. q. v. Tarpeia regem petiit ab urbe malum.
 lucretia. Clodius in cunctis dominatur gentibus: q; heu:
 Targnii Clodius impune tractat adulterium.
 expulsus Heu mala dira parit putide mechatio mentis:
 Clodius Profiliunt ire, mortis & exitium:
 C. de adul. O uos mortales concordia uiuite nexu:
 gracchus. Foedera quid thalami sic uiolare iuuat:
 puer. Vi. Sit ueneranda fides uxoris: sitq; mariti:
 Mutua sint semper gaudia: paxq; frequens.

Semper fatuus.

Est qui contendit se prudentem usq; putari
 Cum sapiat penitus nil (mihi crede) boni:
 Non discit mores: non est uirtutis amator:
 Sed manet infoelix anser: ut ante fuit.

Qui bona
 Audit &
 Virtutis m
 Conspicit
 Gymnasium
 Lutrat:
 Nil tamen
 Profun



Qui bona multa uider: preclaras perlegit artes:
 Audit & egregium quicquid in orbe uiget.
 Virtutis monumenta sacre moresq; politos
 Conspicit: & studii flumina amena uider
 Gymnasium: ludos celebres: spectacula mundi
 Lustrat: & arrectus per loca multa uolat.
 Nil tamen addiscit: neq; eni hęc monumēta uetusta
 Profunt: ut melior fiat & utilior.

Stulti
cia gau
diū stul
torum.

Vir pru,
 dēs dirigī
 gressus su
 os. Cēlum
 nō animū
 mutāt q̄
 mare cur,
 runt. Sapi
 entior sibi
 stult⁹ uide
 tur septez
 uiris lo,
 quēribus
 sentērias.

puer. xV.
 & xxVi.
Horatius
 in epi.
 Seneca pe
 regrinatio
 ñ facit me,
 dicū & nul
 la ars disci
 tur loco.

axa ueret:

dormit:

acunar

ter eat.

atq;

ori.

dum:

aces:

reus:

to:

patris:

affa est

o.

o

s:shew:

mentis:

uar:

quens.

rari

oni:

or:

- Eccē. xxix.** Quicquid habet rerum alterius collecta supellex
Aedibus id semper gliscit adesse suis.
Hoc desiderio stultissima uora notantur:
Res semper fatuis ex nouitate placent:
- pue. xxvi** Ad gentes currunt uarias populosq; peragrant
Luce. x v. Ignoros: lustrant quicquid in orbe iacet.
Ne quid in externis maneat regionibus usq;
Intacrum: peregre stultus ubiq; uolat.
Ad Parauī muros: ad celsę moenia Romę:
Ad Solymas currunt: Assyriosq; lares:
Curritur ad Lybien: penetrāt Memphirica regna.
Pyramides lustrant. Attica regna uident.
Attamen apportant sapientis premia nulla:
Non specimen morum: non decus ingenii:
- Horatius** Coelum non animū mutant qui transmare currunt.
in epist. Stulti discedunt: mox fatui redeunt.
Possumus hos mores inter cęnacula nostra
Discere: si imprudens uis fore: siste pedem:
In patriis laribus tam stultas carpimus arres.
Non aliena opus est perquirere inde loca
- Plato. de** Quin animo ex culto diuinum imitare Platonem:
quo Hier. Ut saperet doctos quęsit ille uiros:
in plogo Nec sine doctrina Graias confessit ad oras:
biblie. Quo tandem ingenuas cōcumularet opes.
Ad Hebr. Quisquis ab eade sua patria, uolat improbus anser:
xiii. Ille domum rediens, anser ut ante, manet.

De iracundiā ex leui causa.

Affiduis flagris tardum qui pungit a sellum:
Sepius ad longas corruit auriculas.
Ira breuis furor est: nil indignatio prodest
Sincerę mensis est inimica minax.



Hic fatuus
Turbida
Larar & ex
Nec uerb
Rancidulo
Litterar
Gaudet &
Plena m



Hic fatuus semper pigrum concendit asellum:
 Turbida quem motu concitat ira graui.
 Larrat & exclamat circum se more canino:
 Nec uerbum placidum toruus ab ore uomit.
 Rancidulo semper rucratur in ore canina
 Littera: nec motus mitigat ille, suos.
 Gaudet, & a populo merui sua facta: furoris
 Plena mali: mentis conscius ill e nihil.

**Ira sci
 sine cau
 sa.**

Vince iras
 aimq; tuū
 qui cerera
 uincis.

Impedit
 ira animū,
 ne possit
 cernere ue
 rum. Irat⁹
 nil nisi cri,
 minis loq,
 rur. Debet
 hō lentuz
 uehemens
 egtare iu,
 mentum.

xxxii. q.
 Vii. qd in
 nibus.
 Sapie. xiii.
 Ad Ro. ii.
 Hier. xxix.
 per sius
 prouer. xx
 pu. xxvii.

Folio

- Dicitur a cunctis: furiosum cernite stultum;
 Et sibi de fatuo hoc quilibet abstineat.
- Persius** Nam putat ille quidem stultos nō antea uisos:
prouer. xi. Auriculas asini solus habere cupit.
 Ira necat sensus: premit indignatio mentem;
 Precipitem inuertit illa uel illa uirum
- Archytas** Archytas sophie iccirco spectabilis auctor:
 Ille Tarentina natus in urbe procul:
 Peccanti seruo: turbatus mente pepercit:
 Atq; ire stimulos sic moderatus erat
- Plato** Sic Plato sic alii motus sedare solebant.
Socrates Socratici & plures doctiloquiq; uiri.
- puer. xxx.** Nempe furor ratione caret: precordia frangit:
Eccle. xix. Debilitat sensus. ira seuera nimis
- xi. q. iii. ira.** Hos contra motus, certa innitatur habena:
V. q. ii. rela Et frenum: atq; suum sentiat ira modum.
tum. & ca. Non sapiētis erit tristari: aut corde dolere:
seruetur. Passio, prudentis pectora, nulla premit:
puer. xxii. Est sapiens semper: tranquillus mente quietus:
& x. vii. Ira trahit fatuos inspidosq; uiros.
- Io. xxxvi.** Tempore cuncta quidē sapiens moderatur in omni
prouer. xii Addit & in cunctis rebus ubiq; modum:
Eccle. vii. Sed fatuus nullo penitus moderamine ductus:
 Stulticiam effundit semper ubiq; suam:
 Ergo precipites asinum conscendite stulti:
 Quo celeres fatuos bestia tarda uehat.

De fortunę mutabilitate.

Quem rota fortunę cupida spe continet: atq;
 Voluit in excelsa fors sibi fausta gradu:
 Ille etiam metuat lapsus quandoq; nocentes:
 Perpetuo nescit fors residere loco.



Complures fa
 Efficit in fi
 Fortunam me
 Et loca cor
 Inquiruntq; g
 Nec lapsum
 Nil adeo exce
 Debeat ad



Complures fatuos, latum fortuna per orbem
 Efficit instabili uoluit eosq; rota
 Fortunam multi sitibundo pectore uersant:
 Et loca continuo scandere celsa petunt.
 Inquiruntq; gradum: qui sit sibi uiribus impar:
 Nec lapsum fati pectora stulta uident.
 Nil adeo excelsum est, qd' non trepidare ruīnam
 Debeat: ad mortem cuncta creata ruunt.

Fortūenu tabilitas.

Tollitur in al
 tum ut lapsu
 grauiore ruāt
 Nemo p̄fidat
 nimiū secūdis.
 Nemo despe,
 rat meliora la
 psis. Miscet
 hec illis prohi
 betq; Clotho
 Stare fortunā:
 rotat oē fatū.
 Nemo tam di,
 uos habuit fa
 uentes Crasti
 nū ut sibi pol
 liceri posset.

Eccle. x.
 i. Macha. ii.
 puer. xiiii.
 Seneca in her:
 fur.
 Claudianus,
 de pe. di. iiii. qd
 ergo. in glo.
 Prouer. x. Vii

- Horatius** Omnia que terris nunc sunt innata senescunt:
Labitur & quicquid terra beata dedit.
- Seneca in her. fu.** Quis fuit in tanta mortalis sorte locatus:
Crastina promittat tempora ut ille sibi:
Aut se uicturum fortuna semper eadem
Spondeat: instabili uoluitur illa gradu.
- Martialis.** Nam lachesis duri semper pręnuntia fari
Non tibi permittit ducere fila diu.
Atropos haud nostris mulcetur turbida uotis:
Ut nobis longos pręstet in orbe dies.
Ad casum subitum plures funesta potestas
Allicit: ut loetho tunc grauiore ruant.
- Iuli⁹ cesar.** Iulius immenso dominator cesar in orbe.
Dum nimium sortis numina blanda colit:
In medio sensit mortalia fata senatu:
Hunc fortuna nichil iuuat ab exitio.
- Tulli⁹ i of. Eccle. xx.** Semper habet trepidos inuisa potentia gressus:
Inuisus multis imperiosus homo est
Delicias raras prębet metuenda potestas:
In ceruice sua tristia damna gerit.
- Sapient. V.** Quem metuunt multi: multos metuisse necesse est.
Odit quem metuit, perdere plębsq; studer.
- Eccle. xxi.** Imperiosus homo nullo palparur amore:
Nec populi hunc plausus: nec bona fama colit.
Ergo mobilibus non sic confidite sceptris:
Nam rota uertetur cum deus ipse uolet.

De egrotante inobediente.

Egrotus si quis morbos in corpore tristes
Sentit: & urgetur anxietate graui:
Pręstita nec medici sequitur documenta periti:
Si cadit: ex merito damna doloris habet.



Quiaer in
Nec medi
Nec tener imp
Conualid
Pro uino nu
Poculaco
Querit & all
Efculent



Qui iacet in moesto egrotans angore:perito
 Nec medico parer:consiliumq; fugit.
 Nec tener impositam seruata lege dietam:
 Conualidus fieri qua mediante queat:
 Pro uino nunc gustat aquam:nunc cetera sumit
 Pocula:consultrix que medicina uetat.
 Querit & assidue rigido contraria morbo
 Esculenta:sibi temperat atq; nihil:

Patiēs ipatiēs.

Si opus medicātis
 expectas:
 uuln^o dete
 gas opor,
 ter. Nō est
 in medico
 sp releuef
 ut eger.
 Principiū
 obsta. Se,
 ro medici,
 na parañ:
 Cum mala
 per lōgas
 cōualuere
 moras.

glo. i. c. ad
 aures de e
 ra. & q. or.
 Eccle. x. &
 xxxviii.
 Boetius
 Iuuenalis.
 Persius
 Ecclesiast.
 xxxvii.

Donec ad tumulum feretro portatur operto:
In cinerem rediens ceu fuit ante cinis.

Eccē. x. viii. Qui cito sanari a morbo conaris amaro:
Ouidi⁹ de Principiis obsta: deteriora caue.
reme .am. Scintilla in flammam crescit quandoq; molestas:
Riuus & exiguus flumina magna facit.
Principium morbi modicum: capit incrementum
paulatim: salubris in medicina ueter.

Eccē. xxx. xi. Qui ualidus cupit esse cito, sua uulnera plane
Boeri⁹ de Demonstrat medico, pellat ut inde luem.
con. phil. Non sine lucrifero sanari membra dolore
Possunt: ne renuas ferre doloris onus.

Ecclesiast. Nil quoq; mentiri medico debemus in ipso
xxx. viii. Morbo: non medici: sed tua uita perit.
Quicq; sacerdoti referens peccata peracta:
Mentitur: uitam decipit ille suam.
Qui medicum querit, sua nec documēta referuat
Expers consilii est: & ratione caret.
Consilium uetule potius sectamur, & herbas
Quas in thessalico littore saga coquit.
Infami dygito frontem hęc & pectora lustrat:
Istius interitum falsa medela parit.

i. thimo.
iiii.

Qui uetulis credis malefanis: credit anili
Consilio: loethi fara seuera subit.
Moralem sensum nostro si carmine fumes:
In uitis egrum te mora nulla premet.

De nimium apertis cōsultatiōibus.
Quisquis forte palam mentis concepta reuelat:
Ante oculos uolucrum retia tensa locat:
Admonet hic omnes: caurelam præber, apertam:
Quo facile a laqueo quisq; cauere queat.



Quisquis
Retiaq;
Nec funes
Is facit u
Qui sempe
Publici
In tantum
Consi



Aperte
insidias
ponere.

Frustra ia
cū rete an
te oculos
pēnatorū.
que nimis
apparet re
tia uirat
auis.

Quisquis auis forsan contendit carpere plures:
Retiaq; ante illas tendit aperta nimis:
Nec funes, pedicas, laqueosq; plagasq; recondit:
Is facit ut sua mox retia uirer auis.
Qui semper manibus duris uerbisq; minatur
Publicitus: nullum uerberat ille canem,
In tantum mentis qui uerbis pandit apertis:
Consilium reagens omnibus atq; palam.

g.i.

Esopus in
apo.
Prouer. i.
Ouidi⁹ de
rem. amo.
glo. in cle.
pastoralis
de re iu.
Prouer. x.

Folio

De tali stulto poterit sibi quisq; cauere:
 Creditur hic toto corpore posse nihil.
 At puto prudentem & sapere hunc: secreta reuelat
 Qui nulli: intentum comprimit usq; suum.
 Solus agit mentis sincerę arcana: nec ulli
 Pandere uult animo si qua agitare uelit.
 Precipue in rebus: quę spectant forte salutem
 Corporis: aut regni: grande aliquod uel opus:
 Horatius Falluntur plures a delatoribus ipsis:
 in episto. Consilium domini qui sibi scire uolunt.
 Illecebris palpant: ut sic arcana resciscant.
 Qui noua scire cupit: dicere, & illa uolet.
 puer. xi. Est sapiens certa: mentis qui condere uotum
 Consiliumq; potest: nilq; referre palam.
 Quattuor esse solent res: quę se tempore nullo
 Occultare queunt. nec tacita esse uolunt.
 Eccle. viii Consilium fatui: structa urbs in uertice montis:
 Math. V. Actus amatoris: stramen & in crepida
 Ouidius. Occultam seruare potest rem pauper, inopsq;
 Iuuenalis Diuitis ast semper longius acta uolant.
 Virgilius Et mala fama palam concrescit ubiq; uolando:
 iiii. ene. Et domus interdum damna pudoris habet.
 Tu caueas: sapiens si fors cupis esse, catufq;
 Ne pandas animum, consilium, ue tuum:
 Seneca Nec seruis famulisq; tuis confidito in illis:
 Catho. Sed tacitus mentis condito facta tuę.

Fatuorum damno sapientes
 nos fieri conuenit.
 Stultorum lapsum miserum, subitamq; ruinam
 Qui uidet: astutus nec sibi deinde cauet.
 Est stultus: cęco nec recto tramite pergens:
 Et fatui barbani mulcet ubiq; manu.



Cernimus
 Stultorum
 hidentur p
 Tempor
 Sunt & con
 Qui cap
 Accusat str
 Impiaste



Cernimus assiduos casus, lapsusq; frequentes
 Stultorum: & risus cernimus inde graues.
 Ridentur passim fatui: luduntur in omni
 Tempore: nil sapiunt: nil quoq; scire uolūt.
 Sunt & contempri multum a prudētibus ipsis
 Qui cappam in fatuis frontibus usq; gerunt.
 Accusat stultum stultus: conuitia iactant
 Impia: sed gressus stringit uterq; pares.

g. ii.

**Alienis
 piculis
 fieri sa-
 pientē.**

Attēde i il-
 lis ne forte
 cadas. Fe-
 lix quē fa-
 ciūt aliena
 picula cau-
 rū. Casus
 dementis
 correctio
 sit sapiētis
 Via ipiorū
 tenebrosa
 nesciunt
 ubi corru-
 ant.

Prouer.
 iiii. &. xv.
 Ioh. xvii.

Ecccl. xxv.

Ecclesi. x.

- Hieremie** Errat & assidue nec uult curare ruinam:
Vi. & Vii. Complures fatui qua cecidere prius:
Eccle.i. Nil exempla trahunt stultos/lapsusq; molesti:
 Semper ad interitum quid bone stulte ruis:
 Admoneant saltem fatuos exempla malorum:
Math. xv Discant alterius uiuere uite malo.
Luce. Vi. Exprobrat cecum cecus, uisusq; carentem:
 Attamen in foueam sepius ambo cadunt.
Esopus in Incusat cancrum cancer retrorsum abeuntem:
apo. Ibat directam nec tamen ipse uiam.
Ecclesi. iiii. Qui matris non uult documenta sequi, ille nouerq;
 & xli. Imperium toleret obsequiumq; graue.
 Qui patris nunq; sequitur precepta salutis:
 Difficilem ingreditur sepius ille uiam.
Phaeton. Si Pheton quondam consulta salubria patris
Tul. iiii. off Audisset: currus non periisset iners:
Ouidius. Non Iouis erhereum sensisset fulmen & ignes:
 ii. me. Nec lacerum corpus uolueret Eridanus.
Icar^o. Oui. Icarus ingenui patris non iussa sequutus
Viii. meth Altius euolitans: nomina fecit aquis.
puer. xv. Hi duo in imberbi tristes cecidere iuuenta:
 & xxiii. Nam uoluit neuter iussa paterna sequi.
Eccle. xi. Corruere insanum fatuum qui cernit: & audit:
Esopus Exemplum capiat: effugiatq; malum.
Horatius Cauta fuit uulpes nolens intrare cauernam
 in episto. Viderat ut nullam uafra redire feram.

Nil curare detractiones hominum.
 Non campana sonat que malleolo atq; bacillo est
 Expers: sit uulpis insira cauda licet.
 Iccirco stultum est omnes curare loquelas.
 Cum surda possis effugere aure sonum.



Quisquis
 Gliscit:
 Non curet
 Nec cur
 Qui cupit
 Et stab
 Est opus u
 Multa



Quisqnis in hoc mundo tranquilla uiuere mente
 Gliscit: & in requie ducere secla bona:
 Non curet uoces populi: famamq; malignam:
 Nec curet lingue sibila rauca male.
 Qui cupit in mundo sese exaltare superbo:
 Et stabilis magnum scandere rite gradum
 Est opus ut curas toleret quandoq; molestas
 Mulra oculis uideat non bene grata suis.
 g.iii.

**Nil cu
 rare de
 tractio
 nes ho
 minū.**

Cum recte
 uitas non
 cures uer,
 ba malor.
 Arbitrii
 nri non ē
 quid quis,
 q; loquaſ.
 Multū far
 ris habet
 qui cūctis
 obstruit
 ora.

Pſal. c. viii.
 pue. xxiuii
 Sapiērie. ii

Ad phi. ii.
 puer. xiiii.
 & .x. viii.

- Ad heb. xi** At sunt qui firmo tentoria rure locarunt:
 Mundum spernentes: orbis & illecebras.
 Nil modo securum: nil tutum: nilque uidemus
 Tranquillum in mundo. nulla & ubique fides:
 Multi urbes & opes, populos, ceterisque prophanos
 Fugerunt: tutus ut foret inde status.
- Iohan. x V** Qui statuit iustam semper traducere uitam
Sapient. xi. Et mores sanctos & benefacta sequi:
 Non curat quid mundus agat: tacitasue querelas
 Attendat: iustis nil mala lingua nocet.
- Satyri** Si uates satyri quondam: sanctique prophete
Prophete Pensassent hominum murmura loethifera:
 Nec monumenta bonę monstrassent uera salutis:
- Psal. lii.** Hic famam: hic meritum perderet atque decus.
Sapient. Vi. Nullus in orbe quidem uiuit tam sanctus: ut omni
 Nunc fatuo placeat: qui probitate caret.
- Eccle. Viii** Qui cunctis posset recte seruire: beatus
 Is foret: & seruus nobilitate bonus.
- Ecclesia.** Noctes atque dies opus est confringere somnos:
xxx Vii. Qui cunctis iam iam rite placere uolet:
 Quis farre, aut digitis stultorum claudere rictus
 Iam poterit: loquimur: penitet inde cito.
- i. corin. iiii.** Nil aliud mundus didicit: nisi uana profari
Eccle. ii. Verba: quibus iustos contaminare solet.
- puer. x V.** Nil sapiens curet uani ludibria mundi:
Eccle. Vii. Attendatque nihil quod uaga turba ferat.

De subsanatoribus & caluniatoribus?
 Stulti qui lapides iactant. & saxa retorquent:
 Hos fugiat, sapiens qui uolet esse, procul.
 Nam trahit a uitio fatuos correctio nulla.
 Nil discunt moris: nil probitatis habent.



Ofatui exco
 Incipiam
 Vos sacre ie
 Que mor
 Atque uiam p
 Quare ag
 Dicite quid
 Et fatuit



O fatui ex cordes nostram ad properate palestram:
 Incipiam uerum iamq; docere bonum.
 Vos sacre legis: patrum & documenta docebo
 Que monstrant rectum prosperitatis iter.
 Atq; uiam pandunt prudentum calle poliram.
 Quare agite & pedibus currite queso citis:
 Discite quid uirtus: quid sit prudentia rerum,
 Et fatui tandem desinite esse meri.

g. iiii.

Abstrahere
 a bono.

Abominantur iusti uirū impi-
 um: & abomi-
 nant impij eos
 qui recta sūt in
 uia. Sapia
 tia custodiuit illū
 ab inimicis. &
 a seductorib⁹
 tutauit illū. ui/
 debūt finem sa-
 pientis. & non
 intelligēt quid
 cogitauerit de
 illo deus.

Eccle. xxii.
 Prouer. xxiii.
 & xxix.
 Sapien. x.

Prouer. Vi.
 Baruth. iiii.

Folio

- Ad titū. lli Virtutes ornant homines: prudentia uestit
 Sapien. Vi Munditiis: sapiunt pectora stulta nihil.
 Eccle. x Vi Sed modo riores fatuos: sannasq; proteruas
 Corrigimus: strigili hos scalpere nempe iuuat.
 Iob. xii. Sunt fatui qui nunc rident documenta sophiæ:
 puer. xliii. Inq; bonos cunctos probra pudenda uomunt.
 Aduertuntq; nihil: bona si quandoq; docentur:
 Quin cuncta irrident mox documenta palam
 puer. ix. Increpat hinc stultum qui uerbis: aut corrigit ore
 Impingit sannam sepe met inde sibi.
 Eccle. xix. Corrige prudentem: qui tempore discit in omni:
 Festinatq; oris uerba tenere tui.
 Si cadit in iustos homines correctio iusta:
 Preceptum accipiunt, cum pietate, bonum.
 pue. xx V. Iniustus preceptores diffamat: & odit:
 Sepe percussus in sua tela ruens.
 puer. xix. Crede mihi sannis qui alios: risuq; lacescunt
 Nasuro: tandem premia digna ferent.
 Iuuenalis. Loripedem rectus derideat ethiopem albus:
 iii. q. vii. q. Est sine qui uitiis rideat ille malos.
 sine. Stulte Nabal lueres sannas, toruosq; cachynnos:
 Nabal. Ni regem iratum flecteret Abigayl.
 i. Re. xx V. Quid pueros memorem qui uati illudere sancto
 iiii. Reg. ii. Dum certant: uris mordicus intereunt.
 Agrege stultorum caueat sibi quisq; maligno:
 Qui saxis iustos, innocuosq; petunt.

Contemptus eternorū gaudiorum.
 q̄ male delitias dūtaxat temporis huius
 Cogito: nec celeres pensito abire dies:
 Et regni eterni q̄ gaudia sperno beata:
 Causa est: n̄e genuit Simea stulta/parens.



Occurrit fatuo
 Querequit
 Stultus enim c
 Quisoler: S
 Ecce ait o sup
 Nilopro lea
 Id saltem lica
 Orbis & ex



Occurrit fatūꝛ rursus mihi turba cohortis:
 Quę requiem satyrę non sinit esse meę.
 Stultus enim certe est. animo iactare superbo
 Qui solet: & nimium uerba pudenda loqui:
 Ecce ait o superum, nitidi quoq; rector olym̃pi:
 Nil opto sedis regna beata tue.
 Id saltem liceat: multis mihi uiuere iustis:
 Orbis & extremum cernere posse diem.

**Trāsitoria
p̃ferre eter/
nis.**

Mēdaces filiī
 hoīm in stare,
 ris. ut decipiāt
 ipsi de uaitate
 in idipsū.
 Quid prodest
 homini si mū/
 dū uniuersum
 lucretur: aīme
 uero sue detri
 mentum patie
 tur? Aut quā
 dahit hō com
 mutatōez pro
 anima sua?

Eccle. xiiii.
 Psal. lxi.
 Marci. viii.
 Math. xvi.
 Sapiētie. iiii.
 Ad Roma. ii.
 Amos. v.
 Ecclesiast. ii.

- i. Ioh. ii. At non laudato, recte uirtutis amore
 Tam longas cui poscit habere uices:
 Sed magis exoptat: queat ut conuoluerit laute:
 Cum sociis paribus: delitiisq; frui:
- Luce. Vi. Nec timet inferni fumantia tartara ditis:
 Non acheronticos post sua fata lacus.
- puer. xiiii. O fatue insignis: nil uani gaudia mundi
 Mellis habent: illis copia fellis inest.
- Tullius de senectute. Quid rogo delitias: tanti quid gaudia uana
 Stulte facis: pereunt que cito: more niuis:
- Ioh. x. Viii. Gaudia (crede mihi) terrarum: felle replentur
 Nec manet in cunctis perpetuata quies.
- puer. xix. Quo fit, ut infamis, lasciuia & spurca uoluptas
 Quem trahit: & fastus orbis & illecebra:
 Hic fatuus: mundi curas gustabit acerbis:
 Et mortis rapidum sentiet esse diem.
- Iob. Vi. Transibit mundus: transibunt gaudia mundi:
 Eccle. iiii. Transibit pariter quicquid in orbe uiret.
- Sapien. ii. Cernimus & tales hominum sine fine ruinas:
 & V. Cernimus occasus: cernimus exitia:
- Jacobi. i. Cernimus occasus: cernimus exitia:
 Luce. xii. Rectorem coeli tandem spectabimus omnes:
 Apoc. xiiii. Hic ad letitias: alter ad interitum:
 & xx. Se cupit a summo qui segregare tonante:
 Letitiae & longos optat habere dies:
- Mat. xx V. Cimmericis tenebris est obsecrator ille
 Pro uano linquens coelica regna luto.

Tumultus & cofabulatio in ecclesia.
 Accipitrem gestans per religiosa deorum
 Tempora: & quem sequitur sedula turba canum:
 Deuotos homines, & debita uota moratur,
 Et cuculum manibus palpat ubiq; suis.



Sunt quos latro
 Non pudeat
 Dum canit offi
 Tractat: & ex
 Dum fluit ad pe
 Ecclesie pi
 Ingre ditur fatu
 Stat similitu



Sunt quos latratu, strepitu, clamore, susurris
 Non pudeat sacras contaminare domos
 Dum canit officium; dum debita sacra sacerdos:
 Tractat: & extendit uota precesq; deo.
 Dum fluit ad populum diuinę contio legis:
 Ecclesięq; pium pangitur officium:
 Ingreditur fatuus quem rostris calceus urget:
 Stat simul in manibus nisus, & accipiter:

De hōesta/ re ecclesias.

In sacrosāctis
 ecclesiis, cū pa
 ce & qere uo/
 ta cōperit cele
 brari. Decet eī
 domū domini
 scitudo. Ces/
 sent in illis cō/
 silia: cōtiones:
 parlamēta. ces/
 sent uana &
 multo fortius
 fēda & ppha/
 na colloqa. Et
 postremo q̄cū
 q; diuinū p̄nt
 turbare offici/
 um, aut oculos
 diuīe maiesta/
 ris offendere.
 & cetera.

De imu. eccle.
 c. decet. li. Vi.
 l. denūciamus.
 C. de his q; ad
 ecc. confu.

Prouer. V.
 Treno. i.

Folio

- Sive uelis cuculus. magno clangore uagatur
 Per sanctas edes, sacrificiosq; focos.
 Latrantescq; canes, ululatu & cuncta replentes
 Ductirat: in strepitu turba benigna filet.
 Iam clangunt nolę: resonat latratus ad auras:
 Nunc pedibus pulsant: nunc manibusq; strepent.
 Nulla quies penes hos, fastu pompaq; furentes:
 Ioh. xii. Non propter christum. Lazarus artat eos:
 Tractantur cause: rerum cōmeritia: questus:
 Contractus omnes. officiumq; fori.
 Conspicit hic oculis matronas: ille puellas:
 In autē. ut Hic aliud tractat quod probitate caret.
 lic. ma. & Quidam etiam strepitus sua per calopodia stulti
 auie in fl. Concrepitant turpes: impediuntq; bonum.
 col. viii. Stultitiam quid enim querimur: solitoq; furores:
 Quos semel insipiens condere nemo cupit:
 Ioh. ii. Cum tamen exemplū christus deus ipseq; reliquit.
 Nullus ut in templū turpia facta ferat:
 Eccle. xxi. Sed precibus supplex, deuoto & pectore: patrem
 Iohelis. ii. Aeternum oraret: coelicolumq; choros.
 Psal. i. Expulit & ferulis tractantes foenera mercis:
 Marci. xi. Cum locus in templo sit sacer usq; deo.
 Luce. xix. Qui si de templis homines pulsare prophanos
 Bernard^o. Nunc uolet: atq; edes euacuare malis:
 Pauci quādo quidem sacrata in gente manerent:
 Thura decent superos: uerba prophana nihil.

De pteruo ac spōtaneo periculo.
 Qui cadit in flāmas & dira pericula querit
 Sponte sua, in puteum profilit atq; libens:
 Exitium merito patitur: si mergitur undis:
 Vritur aut flammis: dignus enim interitū.



Est farus c
 Er supple
 Sepurat & p
 Clamand
 Ut mea stult
 Er sapere
 Attamen hic
 Inducitur



De pro/
teruo ac
sponta/
neo peri
culo.

Qui amat
periculuz,
in illo peri
bit. Sit fas
liceatq; pe
rire mali,
gnis si iui,
tum q ser
uar idē fa,
cit occidē
ti Qui scis
an prudēs
huc se de
iecerit: an
ne seruari
nolit:

Est fatuus qui sepe deum superosq; precatur
Et supplex manibus cum pedibusq; rogar:
Se putat & proferre preces ex corde benignas:
Clamando assidue: me deus alme iuua:
Vt mea stulticiam solitam modo pectora linquant:
Et sapere incipiant: Iupiter alme iuua.
Attamen hic cappam stultorum semper anhelans
Induit: ingratas nam putat esse preces:

Eccle. iii.
Math. Vii
Luce. Vi.

Iuuenalis
Persius

Folio

- q̄ non mox uoti compos: deus in super illum
Audierit: quia non cuncta petita dedit.
- Math. xx. At fatuus plerūq̄ rogat / superosq̄ precatur.
Marci. x. Et nescit stulto quid sibi corde roget.
Ad Rom. In puteum qui sponte cadit: tentatq̄ periculum:
Viii. Seq̄ in fonte tamen mergier usq̄ timet:
Horatius Si clamat, uocesq̄ graues emittit in undis.
Clamat io diues iam date p̄sidium:
Nullus erit: restes, aut apportare rudentes
Qui uelit: hic merita morte, lueq̄ cadit.
- Empedo. Stultitia Empedocles simili cecatus: & excors:
Corporis exitium sponte, necemq̄ tulit.
Aetnos quoniam p̄ceps collapsus in ignes:
Stultitię ut faceret morte sua indicium.
Quisquis eum ardenti fatuum extraxisset ab ętna:
Hic uitam inuito, stultior ipse daret.
Nempe adeo cecatus erat: rationis & expers:
Tentasset rursus in p̄pia fata quidem.
- prouer. xxviii. Sic facit ille: deum rogans noctesq̄ diesq̄
Eccle. iiii. Debeat in coelum ut se trahere usq̄ deus:
& xxxv. Detq̄ sibi semper uiuaria munera: detq̄
Esaie. i. Fortunam ualidam: det bona magna sibi.
Qui rogat & nescit supremum rite precari
Rectorem: uentos sufflat in ore leues.
Luce. xx. Quem tenet intutus status: & damnosa uoluptas
Si ruit: ex merito iusta pericla ferat.

De uia foelicitatis & futura
peccatorum p̄na.

- Multi stultitię curram, rhedamq̄ bigasq̄
Viuentes uitis criminibusq̄ trahunt.
Cumq̄ sua reputant tales nece abire labores:
Quadriugas retrahent post sua fata rotas.



Non sinit ipse
Sare super te
Quotidies t
Sulcorum m
Qui moritur
Cogitur extr
Nosse deum
Quas parer



De via felicitatis.

Sapiētia calli,
di ē intelligere
uīam suam: &
prudētia stul-
torum errans.
Est uīa quide-
tur hoi iusta:
nouissima autē
eius deducūt
ad mortē. Vir
insipiens non
cognosceret. &
stult⁹ nō intel-
liget hec. Ne,
scierūt neq; in-
tellexerunt. in
tenebris am-
bulant.

Non finit ipse deus fatuum quemcūq; prophanum
Scire super terram que nam miracula fecit:
Quotidieq; facit: quapropter pars perit ingens
Stultorum: moritur terreno in corpore semper.
Qui moritur uitis hac in tellure malignis:
Cogitur extremos alibi tolerare dolores.
Nosse deum qui non uult hic, & discere leges
Quas pater omnipotens tribuit mortalibus egris:

puer. xiiii.
psal. lxxxi. &
Sapi. xiii. (xci.
prouer. V.
Eccle. ii.
Eccle. ii.

- Ecclesiast.** Quasq; super cunctos statuit: iussitq; teneri
xii. & xl. In terra: cunctisq; dedit bene uiuere, normam:
Treno. iiii In mundo quęcunq; trahit male sana uoluptas:
 Iniusteq; suę consumit tempora uitę:
 Is trahit hic currus, molem, curasq; molestas:
Sapie. xix. Cogitur eternas post mortem soluere poenas:
 Perpetuo & tractu cogetur plausfra mouere.
Virgi. Vi. Ne modo stulte uiam quęras quę ducit ad orcum
 enei.
 Et phlegetontęos fluctus, cęcasq; tenebras:
Seneca. Hęc uia plana quidē est, pedibus calcata frequēter:
Math. Vii Est aditu facilis: multum penetrabilis: atq;
 Innumeros fatuis calles hęc semita monstrat:
Prouer. ii. Plana quidē & trita est (fatuos qa facta per oēs)
 & .iiii. Hęc haber assiduos motus, gressusq; frequētes.
Virgilius. Noctes atq; dies patet hec nullūq; refutat
Ecclesiast. Qui cupit ad fatuos cursim properare furentes,
 xxxii. Foelicitatis iter quod coelum tendit in altum:
Luce. xiiii. Et quod prudentes recipit: solosq; beatos:
 Est nimis angustum: patulo nec calle patescit:
 Nec tritum a multis: qm̄ (que maxima turba est)
Sapien. V. Gens mala uirat iter: iustis sanctisq; paratum
 psal. Vi. Mentibus: iniustus non has calcabit harenas.
 Virtutem posuit deus ut sudore paretur:
puer. xiiii Ast pauci tentant foelices figere gressus:
 & .xv. Ad bona supremi regni, nitidamq; cateruam.
Ezech. Vii Inde est q; multos orcus capit: ethraq; paucos.

Præua maiorum exempla.

Cum pater & genitrix ollas, pariterq; matellas
 Collidunt: pueri cacabos confringere discunt.
 Fiunt equales nati genitoribus: illic
 Sunt ubi non casti signa & monumenta pudoris.



Grandē p
 In uos na
 Audētis pr
 Effari mo
 Nunc uenē
 Eternis
 Non pudor
 Non de



Grandęui properate senes, fatuiq; parentes
 In uos nam satyrę torqueo rela meę:
 Auderis prauos coram matre atq; puellis
 Effari mores: ridiculumq; nefas:
 Nunc ueneris nugas: nũc uos dictatis amorem:
 Et natis teneris: ad mala: signa datis.
 Non pudor in uerbis: non est reuerentiã uitę:
 Non decus aut specimen, ingenuusue nitor:
 h.i.

**Mala exē/
pla parētū.**

Virga atq; cor
 rectio tribuit
 sapientiã. puer
 aut q dimittit
 uoluntari fug:
 cõfudit matrē
 suam. Maxima
 debet puero
 reuerentiã. si qd
 turpe paras ne
 tu pueri con/
 tẽpseris años.
 Sed peccaturo
 obliſtat tibi fi/
 lius ifans. Si dã
 noſa ſenem iu/
 uat alea: ludat
 & heres. Inſeq
 tur leuiter filia
 matris iter.

Prouer. xxix.
 Iuuenalis.
 Vale. li. ii. ca. i.
 Sapien. iiii.
 Eccleſi. xli.
 Eccle. iiii.
 Eccleſia. x.

- Non pueri mores discunt: non foemina seruat
 Signa pudicitiae: turpia cuncta sonant.
 Foemina de fatuo carpit mala signa marito:
 Sectatur proles moribus ipsa patrem.
- puer. xix.
 & xxix.
 Iuuenalis. Non docuit genitor fatuus bene uiuere natum:
 Iure igitur natus moribus alter erit.
 Si sunt lutores patres: pueri atque nepotes
 Rebus in his prauis se simulare solent.
- glo. in. l. q.
 si nolit. ff.
 de ed. edic
 glo. in c. fi.
 de con.
 dif. V. Trita etenim ueterum dicunt prouerbia: prauo
 Sepe solet similis filius esse patri.
 Ludere fas monachi reputant sibi: quando reponit
 Abbas taxillos: alea iacta placet.
- O mores miseros: o tempora plena furoris:
 Plenaque stultitiae: num deus usque feret:
 Se similem patri natus: se filia matri
 Reddit: ad exitium semina prima fluunt.
- Esopus in
 apol. More lupus ullus ouem genuit: non Tygride seu:
 Aut uitula aut agnus nascitur usque potest:
 Eccle. VII. More patris cancer retro serpitque, meatque.
 Sectantur pueri sic mala signa patrum.
 Quin & morigeros possunt generare parentes
 Filios: qui sunt morigeri atque boni.
- Diogenes
 Ecclesia. Cynicus ut puerum temulentum uiderat: inquit:
 Fili, te genuit ebrius ecce pater.
 xxx. VII. Aedibus iccirco propriis: sic uiuat honeste
 puer. xxii. Quisquis: ne pueris dogmata praua ferat.

De uoluptate corporali.

Simplicitate rudes, ad se lasciuia uoluptas
 Allicit interdum: more ouiumque necat.
 Quosdam etiam firmo, thaurinos detinet, unco.
 Ast alios uolucris fune, fugaque ligat.



Acquipara
 Que comp
 Et redimita
 Pellic & m
 Mox referat
 Et rogatur
 Delitit: par
 Illius inq



Æquiparat sese meretrici blanda uoluptas:
 Quę compta in platea seder & nudata mamillas:
 Et redimita comas: spurcum mercatur amorem:
 Pellicit & molles ad se: blandumq; cubile
 Mox referat: uilem sumens de crimine mercem:
 Et rogat ut quisquis secum lucretur, iniquis
 Delitiis: pariter falso oblectetur amore,
 Illius inq; sinum: nullo moderamine stulti.

h.ii.

Uolupta/ tis incómo da.

Mulier ornatu
 meretricio pre
 parata ad deci
 piendas aias: ir
 retiuit eñ mul
 tis sermonib⁹.
 Statim eã seq̃
 q̃si bos ductus
 ad uictimã: &
 quasi ignis la
 sciuiēs & igno
 rans. uelut lí a,
 uis festinet ad
 laqueum: & ne
 scit q̃ de peri
 culo aie illius
 agitur.

Prouer. Vii.
 Iuuenalis
 Ecclesia. ix.

Ezech. xvi.
 Micheę. i.
 puer. Vii.

Folio

- Eccle. xix.** Proſiliunt: ueluti bos uinctus tranſit, & agnus
Ad lanil cultrum: iugulumq; exponit ad ictus.
Accipe ſtulte precor q̄ ſit fugienda uoluptas:
- Hiere. xli.** Hęc animam damnat: ſtygis & mergit in undis:
Hęc ſenſus lacerat: confundit ſemina mentis:
Contaminatq; malo p̄cordia recta ſapore.
- puerb. V.** Parua uoluptatis quãuis ſint gaudia: longa
Eccleſi. ii. Pocna tamen ſequitur, miſero permixta dolore:
- Lucę. Viii** Deſine delitias mundi ſectarier uſq;
Non durant: fugiunt mox: & mutantur in horas.
- puer. Viii** Quisquis in hoc forſan contemnit gaudia mundo
& .xiii. Vana uoluptatis: nec ſeſe immergit in illas:
- Eccleſia. i.** Ille ſapit uere: & poſt mortem gaudia coeli:
Ambroſiamq; ſacram guſtabit lege perenni.
- Sardana,** Sardana palus enim, ſpreto uirtutis honore:
palus. Sola uoluptatis celebrabat ſacra, focosq;
Iuſti. li. i. Corporis illecebras: ſpurcum & libabat amorem:
Cenſuit eſſe quidem explendũ preſentibus ipſum
Delitiis animum: quoniam poſt fata uoluptas
Nulla foret: ſtygii eſt hęc nam ſententia diris.
- Micheę** At pater omnipotens hunc fato ſuſtulit atro:
Vi. Tartareisq; animam tandem damnauit in undis.
Delitię mundi: quas promit praua uoluptas
- puer. xxiii** Sunt procul a nobis pulſandę: dira uenena
Eccleſi. V. Ex ipſis manant: & fellis copia magna:
- Eccle. xx V** Haſ igitur fugiat ſapiens: & honeſta ſequatur.

Archana eſſe recondenda.

Qui non in tacito poterit ſecreta tenere
Pectore: & occultum condere corde ſuum:
Eſt fatuus: neſcitq; ſuam compoſcere mentem:
Triſticiam incurrit ſepius inde grauem.

Qui ſecrer
Vſorip ſu
Quid uelir
Mente mer
Samon: qu
Non oculis
Secretum
Amphiare



Qui secreta suę non uult abscondere mentis:
 Vxoriq; suę uel cunctis gentibus offert
 Quid uelit, & statuat, uel quid conceperit, ipsa
 Mente: merus fatuus docto reputatur ob omni.
 Samson: qui quondam fuerat fortissimus heros:
 Non oculis orbaretur: nec crine sacro:
 Secretum mentis si non rescisset amica.
 Amphiareus uates dum fata futura timebat
 h.iii.

Secreta tacenda.

Quę silere me
 uis: primū ipse
 fileas. Secretū
 mētis nunq̄ tu
 pande maritę.
 In secreto cubi
 culi tui nō ma
 ledixeris diuiti
 quia & aues cę
 li portabūt uo
 cē tuā. & q̄ ha
 bent pēnas an
 nūciabunt sen
 tētiā. Amico
 & inimico no
 li narrare sensū
 tuū: & si est ti
 bi delictū noli
 denudare.

Sene. de mori.
 Iob. x. viii.
 Catho.

Iudicū. xiiii.
 & x. vi.

Stati^o in theba.

Folio

- Augurii: latuit: thebanaq; prelia fugit:
 Proditur at tandem proprio de coniugis ore.
- Ecclesia. x.** Historiæ recinunt ueteres, & dogmata prisca:
 q; mulier nusq; secreti sit bona custos.
- Eccle. xix.** Matronis igitur celenus pectora semper.
 Qui sua non nouit commissa archana tacere:
- puer. xxi.** Quiq; ad cuncta suum pandit secreta labellum:
 A rali caueat sapiens sibi quisq;, catulq;.
- Horatius in epi.** Percunctatorem hñc fugias, quia garrulus ipse est.
 De rebus magnis est qui se iactitat usq;:
- Prouerbi. xxviii.** Et q; res cuncte sibi sint in amore secundæ:
 Rimari si quis uellet tum uerba dolosq;:
 Rebus in his cunctis mendacem offenderet ipsum
 Ex qua stultitia sapiens intelligit omnis:
 q; scabrum foueat cuculum, manibusq; remulcet.
- Seneca.** Condita si mentis cupias archana manere:
 Fac mihi ne dicas: quod uix abscondere possim:
 Occultumq; tuum secreto in pectore celes:
 Haud aliis pandas: sed sis taciturnus ubiq;.
- iii. Re. xxi.** Si non uxori lezabel prompsisset Achab rex
 Verba suæ mentis: Naboth non morte periret.
- pue. xxv.** Qui gestant in corde suo secreta: cari sint:
 Et caueant aliis temere ut non talia pandant:
 Sic mage securi: semper tutiq; manebunt.
- Esaie. xxiiii.** Dixit enim quondam sancta de gente propheta:
 Secretum mentis mihi met seruare studebo.

Vxorem ducere propter opes.
 Diuitias propter solas: non prolis amore:
 Vxorem ducens, coniugium ue perens:
 Hic patitur merito lites: & iurgia, rixas:
 Et pacem, & perdit commoda connubii.



Aruinam n
 Et cum
 Vxorem d
 q; nimos
 Nulla quies
 Semper
 Nulla uol
 Magna



Aruinam multi querunt sub podice aselli:
 Et cumulant trullas: ster cora uana petunt:
 Vxorem ducunt uetulam dum turpiter Eglen.
 q̄ n̄m̄os habeat, diuitiasq̄ leues.
 Nulla quies illum recreat: pax nulla fouebit:
 Semper habet rixas: litigiumq̄ frequens:
 Nulla uoluptatis spectabunt ocia ralem:
 Magnarum allexit quem male faccus opum.
 h.iiii.

**Mubere
propter di
uitias.**

Imperat ergo
 uiro. Intolera-
 bilius nihil est
 q̄ femia diues.
 Dom⁹ & diui-
 tię datur a pa-
 ritibus: a dño
 autē proprie
 uxor prudens
 Tecta iugiter
 perstrillantia li-
 rigiosa mulier.
 Si uerū ingras
 facc⁹ nō uxor
 amatur.

Iuuenalis
 i. ad cor. Vii.
 Prouer. xix.

Iuuenalis.
 Prouer. xix.

Folio

- puerb. V. Nullaq̄ speratur proles: dilectio nulla:
 in fi. Vnam pacificam uix ager ille diem.
- puer. ix. Quin sibi continuo faccus transuerberet aures:
 Quem propter stultus factus, inersq̄ fuit.
- Eccle. xix. Raro hos fortunę facies comitatur amica:
 Qui nūmis nubunt: non sibi: non pueris.
 Ducitur in thalamum funesta pecunia sola:
 Propter opes trahimus grandia aratra thori.
 Iusticia & doctrina nihil curatur: honestas
 Nulla: sed ad censum pectora stulta ruunt.
- Iuuenalis. Nam focer in primis: quid enim gener (inqt) in gre
 puer. VII. Possidet, aut nūmis: iugera quanta tener?
- Ecclesi. x. Nec patris aut proauī pbiras, uirtus, uel honestas
 Queritur: an uulgi semine prodierit?
 Protinus ad nūmos: de moribus ultima fiet
- Iuuenalis. Questio: sic fient nunq̄ in amore pares.
 puer. xxi. Inde fit, ut multis deserta habitare seorsum
 Plus leue sit: talis q̄ iuga ferre thori.
 Namq̄ loquax mulier, uerbosa: corpus adurit:
 Atq̄ animam & uires: membraq̄ cuncta terit.
- pue. xx V. Propter opes teneram uendit quicunq̄ iuentam:
 Eccl. xx V. Mercatur lites & sine fine dolos.
 Huic nihil est fidei: nihil & probitatis. ad omne
 (Spes modo sit nūmi) transeat ille nephas.
 O male prudentes: qui tam connubia seua
 Eccle. xii. Queritis: & seruum tenditis esse pecus.

De liuore & inuidia.

Inuidię telum lato torquetur in orbe:
 Et status in terris hac sine nullus erit:
 Odiā dira uolant magni per climata mundi:
 Necdum Nythardi semen abiuit atrox.



Liur edax
 Concitar: &
 Nascitur in
 Parurit: & n
 Daceris in u
 Aut mihi for
 Rerum: uel n
 Res petis at



Liuor edax: fatuos multos: animosq; malignos
 Concitat: & stultos pungit sine fine proteruos:
 Nascitur inuidiæ telum: quod liuida corda
 Parturit: & multos nusq; finit esse quietos:
 Duceris inuidia: q; ego te possideo plus.
 Aut mihi sunt plures nummi: seu maior aceruus
 Rerum: uel mihi q; plures redduntur honores.
 Aes petis atq; meum: quod nullo iure teneres.

Inuidie proprium.

Qui sibi inui-
 det nihil ē illo
 nequi⁹. & hæc
 redditio ē ma-
 licie illius. neq;
 est oculus liui-
 di. Inuidus al-
 terius rebus
 marcessit opi-
 mis. Ne come-
 das cum hoie
 iuido. & ne de-
 sideres cibos
 eius. qm̄ in fili
 rudine arioli
 & coniectoris
 estimat quod
 ignorat. come-
 de & bibe di-
 cet tibi: & mes
 ei⁹ nō est recti.

Eccle. xiiii.
 Horati⁹ i epi.
 xlvi. d. cleric⁹

Salustius.
 puer. xxviii.
 Cicero.
 Eccle. xiiii.

- Vel quia fastidis nostrum & contēnis amorem.
Ouidius Lethale est adeo uulnus liuoris acerbū:
 ii. metha. Vt nequeat penitus sanari, aut rite mederi.
 puer. xxiii Est ea proprietas liuoris semper edacis:
 Si sibi constituit quenq̄ mordere: quietem
 Nullam agitat donec facinus perfecerit illud.
 Non somnus: non ulla quies: non ulla uoluptas
 Est adeo dulcis: seu delectabilis usq̄:
 Vt possit cordis procul extirpare dolores.
- Descriptio** Pallentes ideo fauces: pallentiaq̄ ora
Inuidiæ ex Semper habet liuor: macies in corpore toto
Ouidio. Glauca sedet: uisus toruus: squallentiaq̄ ora
 Scintillant: rabidus nec plenis liuor ocellis
 Suspicit in quēq̄: furibundo pectore torpet.
- Ioseph Ge** Cuius precipuum tibi fert exemplar Ioseph:
 ne. xxxvii Quem nunq̄ intuiui sunt recto lumine fratres.
 Karo etiam inuidia nisi mersis flumine ridet
 Nauibus: aut si fors perit ingens copia rerum.
- Ecc. xlviii** Verum continuo rodant licet inuida corda:
 Inuidia: ex proprio sentit sua damna dolore.
- Alanus** Nec quicq̄ nisi se ualet ardens æthna cremare.
 Maior & inuidia est fraternis cordibus orta.
- Lucanus** Fraterno primi maduerunt sanguine muri.
 Gene. iiii. Hoc Abel atq̄ Cayn: hoc Atreus atq̄ Thyestes
 Stati^o i rhe Ethiocles cum fratre suo: pluresq̄ docebunt.
 i. Petri. ii. Inuidiam iccirco fugias sapientq̄ bonusq̄.

De impatientia correctiōis.

Tibia cui fatuo, tantum solatia præber.
 Nec curat cytharam: plectra & amena lyre:
 Hic propere ascendat stultorum (posco) carinam:
 Et remos celeri concitet ille manu.

Sculpturæ inf
 In fatuo. qui
 Nam stolidus
 Audire ut ne
 Cum ramen
 Et sapere ut
 Suscipit: & se
 Fittula sed fa



Stultitię infauſtę certiffima ſigna uidentur
 In fatuo. qui non uerbis auſcultat amicis:
 Nam ſtolide illius tanta eſt correctio mentis:
 Audire ut nequeat ſapientes digna loquentes.
 Cum ramen & prudens: bona que ſunt iugiter audit
 Et ſapere ut poſſit: ſapientes ſemper honorat:
 Suſcipit: & ſequitur: ſua quo ſapientia crefcat.
 Fiſtula ſed fatuo ſolaria dulcia preber:

**Non
 velle cor
 rigi.**

In auribus
 inſipientiu
 ne loqris.
 qa deſpici
 ẽr doctnã
 elogi tui.
 Muſica in
 luctu ipor
 tuna nar,
 ratio. Cu
 dormiere
 loq̃r que
 narrat ſtul
 ro ſapiam.
 Non patif
 ſtult⁹ ſua
 uerba aut
 fctã reprẽ
 di.

puer. xxiii
 Eccle. xxii

prover. i.
 & xviij.

- puer. x. Nec curat citharę sonitus: nec barbitos illum
 Eccle. x V. Oblectat: fidibus non delectatur amēnis.
 Nil magis usq; placet fatuo: nil dulce uidetur:
 pue. xxiiii q̄ baculus crispus: q̄ rustica fistula stulto.
 &. xx Vi. Nec finit ut quisq; sibi dogmata sana ministret:
 Nec patitur quęq; qui corrigit, aut monet ipsum
 Inde fit ut magnum fatuorum crescat, & ingens
 Agmen ubiq; nimis. quid sis precor improbe stulte
 Sapie. Vii. Disce: hominem te scis mortalem: scisq; caducum:
 x. &. x V. De cęno terrę genitum: de stercore factum:
 ad Ro. Vi Ex cinere, & terra, limo, cęnoq; lutoq;
 Compositum: at sensus tribuit natura scientes.
 Eccle. xx V. Et data clara quidem ratio est: animalia bruta
 p̄f. cx Viii. Qua nobis cędunt: sed tu p̄cordia stulta
 Qui geris: acceptę rationis munera rumpis.
 Ecclesi. iiii. Quid tua te nimium iactat funesta potestas:
 &. x Vii. Quid te nobilitas: facies: quid culta iuuentus:
 Tul. in pa. Quid te diuitię molles: quid corporis artus
 Eccle. Vii. Extollunt: tibi quę damnũ & nocumenta ministrāt.
 Iob. ii. Est sapiens solus, locupletior omnibus: idem
 Iob Fortior & cunctis: hunc audi: illumq; sequaris.
 xx Viii. Est melius: prudens si dure corripiat te:
 psal. x Viii. q̄ si te fatuus mulcenti arrideat ore.
 prouer. i. Quādoqdē hic foelix homo: quisq; corde pauorē
 &. Viii. Semper habet: poenas semper meditatur acerbas.
 Math. xi. Atq; dei suffert, primis iuga dulcia ab annis.
 &. xxiiii.

De fatuis medicis & empericis.
 Artem qui medicam tremulis molitur in egris:
 Nec ramen indocta scit mēdicare manu.
 Arte carens: uires nature nescit, & herbas:
 Ludius & fatuus, ridiculusq; manet.



Hic etiam
 Et mod
 Uirat emp
 Morre la
 Atq; atrexp
 Inspiciant
 Dumq; dor
 Scrutari



Medicus indoctus.

Licet medico
euērus morta
litas iputari
nō debeat: ei⁹
tñ iperitia an,
numeraf cīpē:
si feruū malo
fecuerit aut p,
peram ei medi
camentū dede
rit. Solis igif
medicis ipune
hoiez occidif,
se fas est.

A medico ido
cto: a cibo bis
cotto: & pra,
ua muliere: li,
bera nos dñe

Hic etiam nostrum poterit conscendere currum
Et mode stultigerq̄ carbasā ferre ratis:
Visitat empericus quisquis morbo ue grauatū: aut
Morre laborantem quem uider atq̄ notat:
Atq̄ ait: expecta donec documenta librorum
Inspiciam: quo te rite iuuare queam.
Dumq̄ domum medicus redit: & concepra libelli
Scrutatur: morris hunc uera fata premunt.

Insti. de le. ac,
qui. iperitia. ff.
de re. iu. iperi.
xxix. dis. c. ff.
Seneca de cle,
men. ad Nero.
Eccf. x. & xliiii
Prouer. Vi.

- Atq; animam expirat: soluuntur corporis artus:
 - Sera nimis medici stulta medela fuit.
 Ecclesiast. xxxviii. Niruntur plures artem tractare medendi:
 Et quoq; penitus pectora nil sapiunt:
 Io. an. de sen. ex. c. i. Non uoluunt libros: aut quas Podalyrius artes
 li. vi. Inuenit: Mesues nec documenta legunt:
 Non Auicenna docet medicos tam dogmata uana:
 Nec tales medicos: docte Galene: foues:
 Sapien. xii Sed sua in herbarum discunt medicamina libro:
 Multa superstitio: dogmata falsa patent.
 Et uerulę prauam prestant medicaminis usum.
 Quas sequitur passim sedula turba ramen.
 glo. in c. fl. Profitentur enim cunctos sanare dolores:
 xxix. dif. Perq; horas cunctas, per loca, perq; dies.
 Et sua q; puero atq; seni collyria prosint:
 Quod matrem iuuat: prosit idemq; seni.
 Seneca. Non opus est causas rerum atq; elementa tueri:
 Nature uires hec medicina premit.
 Et morbos uarios una dissoluit in herba:
 Qualem forte sibi Thessala saga dedit.
 Cuculus O Cucule emplastro quis te docet, aut alabastro
 chirurgi, Ex uno cunctis posse preesse malis:
 cus. Est medicus: ueluti indoctus solet esse patronus
 Sapien. i. Consultus, qui non scit dare consilium.
 Aut te non medicum dicas: aut discite mederi:
 Aut si uis medicus: sis fatuusq; simul.

De secularis potentie exitu.

Non fuit in terris unq; tam magna potestas:
 Tempore que fragili non quoq; diffueret:
 Cuncta rapit loethum: mors ultima linea rerum est.
 Res hominum nulla condicione manent.



Quardos an
 Eleuat: & ni
 Tanq; perpe
 Nec moribur
 Magnanimu
 Marte fat in
 Et tenuit fee
 Solus: & in



O tardos animo fatuos: quos magna potestas
 Eleuat: & nimium qui munera uana sequuntur:
 Ad tumulum deferre putat: sepelitur ab illo.

Quis fatuos tolerare queat, quos ardor habendi
 Protinus insanos: insipidosq; facit:
 Qui cupit alterius rerum successor haberi
 Et bona nancisci, qui cupit alterius:
 Expectet fatum: quod dissolutio uite est:
 Successor fieri qui cupit alterius.
 Sed quia mors hoim manibus non ponitur ullis
 Cernimus hos fatuos sepius ante mori.
 Alterius mortem sperantibus: accidit inq;
 Sepe prius mortem ut precipitanter agant.
 Nonne furor stolidus: mortem sperare propinqui
 Vilibus in rebus heres ut esse queas:
 Spes tua uana nimis: quoniam tua funera nescis:
 Te sequitur pedibus mors properata citis.
 Narragonum in patriam te preceps ducet a sellis:
 Quem trahis: ut fatuos possis ubiq; sequi.

Lucę. xix.
 psal. lxxi.
 Ecc. xxvii

xliii. q. iiii.
 nec hoc.
 & c. se. & c
 quicūq;.

de concess.
 pbē. c. ii. et
 ca. ne cap,
 rāde. eo. ti.
 li. Vi.
 l. stipulatio
 ff. de uer.
 ob. l. qdā.
 ff. de don.
 Eccē. xxxi.
 Treno. V.
 Esaię. xxx.
 i. thim. Vi.
 puer. xx.
 Eccē. xliiii.
 Hiere. xii.
 Sapien. iiii.
 Eccle. Vi.

Optare
alioꝝ
mortē.

In mortē
altiꝝ spem
tu tibi po-
nere noli.
Hereditas
ad quā fe-
stinatur in
principio:
in nouissi-
mo bñdic-
tione care-
bit. Expec-
tatō iusto-
rū læticia:
spes autē
impiorum
peribit.



Spes est quę nutrit: spes est quę pascit iniquos:

Spes reficit dominum fallit & ipsa suum.

Ecclesiast. **xxxviii.** Quis possideas robuste membra iuuentę

puer. x.

Viuida: sis fortis, sit tibi sana curis:

Osee. ix.

Attramen expectat te formidabile lætum.

puer. xii.

Morte cadunt iuuenes - decrepitiq; senes.

Sepe pater nati mestissima funera luget:

Ergo spem fatuam crassa quota capis.

Rex Pri-
Quos
Absolon.
Non d
Heredem
Sperab
Non supe
Speran
Spes ea fr
Er non

Qui diem
Non colit
Simeq; cur

Proh pud
Ambu
Est data c
Vr not
Electiq; d
Qui ta
Sancta fid
Vix spe
Pontifices
Festaq;
In quibu
In quibu
Sed quia cu
Er plus
Negligimu
Curam

Rex Priamus natos fortes occumbere uidit:
 Quos tamen oprabat tunc superesse sibi.
 Absolon, egregii dum sperat scepra parentis:
 Non dum maturus funera mēsta dabat.
 Heredem quandoq; facit: mors pallida: quem non
 Sperabas: fatuos fata futura latent.
 Non super humanis rebus, spem ponite uestram:
 Sperandum est soli uiuere posse deo.
 Spes ea stulta nimis, semper sperare caduca:
 Et non quo randem sistere fine uelis.

Non obseruare dies festos.
 Qui diem festum meritis decoris.
 Non colit: tractans auidos labores:
 Simeq; currum, fatuamq; rhedam:
 Scandere debet.

Proh pudor in cecis nunc gens humana tenebris
 Ambulat: & sani nil modo cordis habet.
 Est data christicolis supremi gratia regis:
 Ut noscant fidei per documenta deum.
 Electiq; deo sint: ad sua regna uocati:
 Qui tamen illius dogmata nulla colunt.
 Sancta fides cultu nunc flaccida facta pudendo
 Vix specimen priscum continet atq; decus:
 Pontifices sanctiferas statuere solennes:
 Festaq; sanctorum, sacrificosq; dies:
 In quibus eterni resonarent cantica patris:
 In quibus angelicus concineretq; chorus.
 Sed quia curamus plus uani ludicra mundi:
 Et plus fordiduli corporis illecebras:
 Negligimus fidei specimen: ritusq; decoros:
 Curamus legum mystica sacra nihil.

o.i.

Priamus
 de quo
 Iuuenalis.
 Absolon
 il. re. x. viii.
 hier. viii
 Nūe. xxv.
 Psal.
 xxxvi.
 Eccle. iiii.
 Prouer.
 xxviii.
 Eccle. x. &
 xix.
 Psal. liiii.

Exodi. xx.
 & xxxi.
 leui. xxvi.
 Iohā. xvii
 Deutr. v.

Hier. xvii
 de fer. c. i.
 & ultri.
 Ce. tl. l. oēs
 de con. di.
 iiii. c. i.
 xxxiiii. q. i.
 odi. de cō.
 dis. i. in die

**Non obser
uare dies
festos.**

Memero ut di
em sabbari scri
fices. Seprio'ei
die est sabba /
ru dñi dei. Sex
diebus opabe
ris & facies oia
opa tua. Seprí
ma dies sabba
ri est: id est re
ges dñi dei tui
Non facies in
eo quitq̄ ope
ris &c.

xxiiii. dis. cum
liceat.
xxiii. dis. his
igitur.
xliiii. dis. nō
oportet
Seneca ad lu
cil. in epistola.
xviii. c. placita
xiiii. q. iiii.



In sacris agimus conuiuia crassa diebus:
Continuis crapulis coelica festa madent.
Ocia cum dantur: feris & mortalibus, illi
Non prece, nec templo: at ebrietate litant.
Antea q̄ festis referatur porta diebus
Ecclesie: populis uncta taberna sonat
Ille bibit stomacho ieiuno. deuorat alter:
Anteq̄ templi limina sacra uider.

Que non
In celest
Dum ferit
Assum
Non nisi
Orand
Stulte lab
Conuen
Sabbata fa
Sepolit

Qui dole
Est fatuu
Prererea
Penitet: h

Quid sit la
Virtus
Mentibu
Hec u
Munera d
Donat
Laudibus
Is virtu
Ille ramen
Penitet
Sepe etiam
Pollor a
Atq; daru
Auder:
Munera p
Huic c

Que non concessis uolumus tractare diebus:
 In celebri cupimus continuare die.
 Dum ferit in templo fidei precepta sacerdos:
 Assum atq; elixum, uinaq; larga glutis.
 Non nisi thuriferas concedis potus ad aras:
 Orando ructas: euomis atq; preces.
 Stulte labor manuum sacris cessare diebus
 Conuenit impositis disce uacare bonis.
 Sabbata sanctifices: cecinit tibi pagina christi:
 Sepsitis rebus: hec sacra sola cole.

De cō. dif.
 iii. Irreligi/
 osa.
 i. Thef. V.
 Act. ii.
 esa. xx Viii
 Hier. x Vii
 Leui. xx V
 Marci. ii.
 Io. ix:

Largiri & penitere.

Qui dolet & meret propter, quod uertere nequit:
 Est fatuus: quoniam cura torquetur inani.
 Preterea est stultus: qui dum largitur amico
 Penitet: hic donum perdit: meritumq; prophanat.

Quid sit largiri: quid sit donare docebo.
 Virtus magna quidem est: si pietate facis.
 Mentibus humanis gignit solatia læta
 Hęc uirtus. si quid dexteritatis habet:
 Munera qui placidis manibus largitur amico:
 Donat & emerito premia digna uiro:
 Laudibus egregiis, fama est cantandus & acris:
 Is uirtutis item nomen habere potest.
 Ille tamen fatuus: qui cum largitur amico:
 Penitet hunc missi muneris atq; dati.
 Sepe etiam donat hilari non mente bonaq;
 Pollor at in facie, tristitiefq; sedet:
 Atq; datum propter, fatuos euellere crines
 Audet: & impropereat que dedit ante, cito:
 Munera perdit iners: nam grates soluere nemo
 Huic cupit: ingrara qui bona mente facit.

glo. i. ca. i.
 de dona.
 xxiii. q. Vi.
 ex his oi/
 bus.
 ii. Cori. ix.
 Ecclesi. xii
 Iob. ultri.
 Ad col. iii.
 ad heb. iiii
 Ecccl. x Viii

Eccle. xx.

o.ii.

**Cū tri /
stivultu
donare.**

Da facie le
ra: sine leti
cia faciei
quod de,
deris pdis
re meritū,
q̄ rei. Hy,
larē dato,
rem diligit
deus. Bea,
ti⁹ est sem
per dare q̄
accipere.



Ecc̄l. xxv. Ille tamen peior: pro christi qui dat amore:
Peniter atq; operis, muneris atq; cito:
Quippe deus fatuo non semper premia, mox ue.
Transmittit: sapiunt libera dona deo:
Cantico. Nam deus omnipotens hominis nil munera curat
Vill. Ast homini donum pensitat ipse pii.
Eccle. xiiii. Leticia uultus, inopi qui donat amico:
puer. iiii. Largiturq; bonis ex pietate uiris:
Eccle. iiii.

Conseq
Opi
Pungim
Qui
Spurcid
Hoc
Vir bon
Ar fru
Sidonar
Sic da

Desidie
Segn
Corpor
Somn

Torpor
Perni
Vnde et
Ex cu
Quem p
Acci
Desidia
Sed p
Est fatu
Prest
Desidior
Lumi
Assidue
Obst
Foelix q
Et m

Consequitur laudes: & grates semper habebit
 Optima de grato munera corde fluunt.
 Pungimus interea fatuum quoque: munera semper
 Qui capit: ingratus attamen usque manet.
 Spurcius nihil est ingrato: nil quoque peius:
 Hoc uitio rapitur maxima turba nimis.
 Vir bonus & sapiens grato cito donat amico:
 At studeat gratas ille referre uices.
 Si donare uelis: fluat hoc ex corde benigno:
 Sic dabitur meritis gratia prompta tuis.

De accidię uitio.

Desidię uitium toto dominatur in orbe:
 Segnitieque hominum nunc genus omne premit.
 Corpora seruorum torpent, fugiuntque labores:
 Somnia agunt uetule: sed precium accipiunt.

Torpor sit quis mentis destructio cunctis
 Pernicies: tamen hunc sedula turba petit.
 Vnde etiam accidiam uitium pregrande putamus
 Ex cuius gremio proh mala magna fluunt.
 Quem premit usque adeo torpenti in corpore languor
 Accidię. aut culus marcida membra iacent:
 Desidiam propter nequeat que uoluerit crura:
 Sed patitur lassos, igne perire pedes:
 Est fatuus uecors, & nigro stigmatum dignus
 Prestet ut exemplar desidię usque suę.
 Desidiosus homo cunctis incommodus horis
 Luminibus fumus ceu malus esse solet.
 Assidue solitus flammam seruare camini:
 Obstat enim sibi met solus ubique piger.
 Foelix qui iusto exercet sua membra labore:
 Et manibus panem querit usque suis.

o.iii.

Prouer.
 xxviii.
 Seneca de
 ingratiu.
 Tulli⁹ i of.
 Sapię. xvi
 Eccle. xxix

ii. thim. iii.
 Lucę. vi.

Beat⁹ rho.
 parte. i. q.
 lxiij. ar. ii.
 & .ii. ii. q.
 xxxv. ar.
 ii. & in. q.
 de malo. q.
 ii. ar. ii.
 puer. vi.
 Sapię. xv.
 puer. xv.
 & .xx. vi.
 pue. xviii
 puer. x.
 Eccle. x.
 puer. xx.



amor:
 dico:
 ma: mok ue.
 no:
 unca a cura
 la
 do:

Accidia:

Sōniferū semē
 spargo atq; pa
 pauer: ut inde
 Dormiat & de
 ses dormiat ul
 q; piger. Vult
 & non vult pi
 ger. aia autem
 opantiū impin
 guabit. Sicut
 acetū dētib⁹ &
 fum⁹ oculis: sic
 piger his q mi
 serūt eum. usq;
 quo piger dor
 mis: qñ confur
 ges e sōno tuo
 paululū dormi
 es paululū dor
 mitabis. & ue
 niet tibi quasi
 uiator egestas



Prouer. xxi.
 & xxii.
 Iob. V.
 Ecclesi. ii.
 Ecclesi. li.
 ii. Thessa. iii.
 ii. Reg. xi.

Sed deus hunc punit tormento sepe cruento
 Quem premit assidue torpor & accidia.
 Præmia largitur deus optimus ampla labori
 Non is manducet quiq; labore caret.
 Accidię uitium metuenda pericula mundo
 Intulit: ad facinus principumq; dedit.
 Rex Dauid torpore graui, & cum deside uita
 Factus adulter erat atq; homicida simul

Roma la
 Defic
 Postq m
 Roma
 Accidia
 Perdi
 Nam pri
 Pasce
 Sed post
 Illeceb

Hic post
 Stultitię:
 quis non
 Sunt tam

Ecce sed
 Ut pot
 Insuper o
 Que p
 Quos id
 Sepra
 Negliger
 Ad no
 Sunt a dec
 Sanari:
 Libertus fr
 Sordifl
 Tantus ire
 Stultor
 Vt neque
 Compl

Roma labore uigil/fregit Chartaginis arces:
 Desidia interiit Roma subinde cito:
 Postq̄ militia & belli sudore uacabant
 Romani:et nusq̄ bella uel hostis erat:
 Accidia & luxu,robur Romana iuuentus
 Perdidit:hoc cecidit inclyta Roma modo
 Nam prius externis pugnisq̄ & marte feroci
 Pascebat fortes bellica Roma uiros.
 Sed postq̄ luxu fracta est:ueneriq̄ parentans
 Illecebris,uires perdidit illa suas.

Augu. de
 Roma.

Appianus

Oui.in fas.

De externis & infidelibus fatuis.

Hic posui externos fatuos,qui nomina gestant
 Stultitię: nostrisq̄ fidem insipientibus addunt
 Quis non digni nobiscum soluere nauem:
 Sunt tamen ad sortem puppis numerumq̄ uocari.

Ecce sed externi fatui sub sellia ponunt
 Ut possint picte nauis habere locum.
 Insuper occurrit fatuorum maxima turba:
 Que pene & terras & freta cuncta tenet.
 Quos ideo externos reputo,quia sunt procul extra
 Septra dei:& ueram catholicamq̄ fidem.
 Negligere hos potui:tenebrisq̄ relinquere:qd nam
 Ad nos de fatuis quos foris error habet:
 Sunt adeo cęci:nullo medicamine possunt
 Sanari:ut linquant quos coluere deos.
 Liberius fuerat gentes transire silendo
 Sordifluas:quarum pectora demon agit.
 Tantus item numerus:tanta est fera turba,cohorsq̄
 Stultorum fidei que sacra iura negant:
 Ut nequeat cunctos paru membrana libelli
 Complecti:sectas est meminisse satis.

Ecclesi.x.
 ii.Corin.
 iiii.& Vi.
 Sapię. xiiii
 i. Cori. Vii
 ii. q. i. m̄tri
 de diuor.
 gaudem?

xcii. dif.
 plurimos
 x Vi. q. i. in
 canonib?

o. iiii.

De extraneis fatuis.

Generatio hæc puerſa eſt & in fideles filii. In crassa⁹ eſt: dilatat⁹ & recalci trauit. i crassa⁹ impinguat⁹ dilatat⁹. dereliquit deū factorē suū, & recessit a deo saluari suo. puocauerūt eum in diis alienis & i abominatiōibus ad iracundiam cōcitauerūt.

Thurci
Saraceni
Tartari

Scythæ
Bohemi
Morauī



Thurcorum gens prima locum stultos tenet inter
Atq; Saraceni: Tartareiq; canes.
Quos Mahumetanę legis tenet impius error:
Aphrica quo tota eſt capta: Asia atq; potens:
Magna quoq; Europę iſta eſt modo portio: nauis
Quã modo nr̄a uehit: Sarmaticosq; Scythas
Secta Bohemorum fidei ludibria tractat:
Et Morauis nolas ſtultitię illa dedit.

Qui meriti
Stulti e
Pragensis
Decidit
Comemor
Ararum
Nostra qu
Censetur
Inter eos fa
Aut laque

De fi
Vos o chr
Qui mani
Consilio m
Et mihi fru

Dum medi
Perfert:
Innumeri
Et gem
Luciferis
Feraliq;
Nemo ade
Qui non
Ecclesie uic
Quando
Roma capu
Debilib
In miseroq;
Fluctuar
Dogmata n
Decrete

Qui merito in prima fatuorum puppe locantur:
 Stulti etenim ignaui dogmata falsa colunt.
 Pragensis schola precipue, quæ fulguris instar
 Decidit a summo, sponte sciensq; gradu.
 Cōmemorasse uelim cunctos qui dogmata falsa:
 Ararumq; colunt uana ministeria:
 Nostra quibus sacra religio, uenerāda fidesq;
 Censetur mendax, falsa, prophana, leuis.
 Inter eos fatuos memorem quoq; mortę cruenta
 Aur laqueo frangunt: qui sibi sponte gulam.

De fidei catholicę, & imperii inclinatioe.
 Vos o christicolę proceres, ex corde precamur
 Qui manibus uestris fidei monumenta tenetis:
 Consilio magno, rerum perpendite casus.
 Et mihi stultigeram: quā mōstro: relinquitte mitram.

Dum meditor lapsus: quales respublica christi
 Perfert: & fidei damna uerenda sacrę:
 Innumeris cogor lachrimis propere ora rigare
 Et gemitu sortem plangere sepe grauem:
 Luciferis deceat contundere pectora palmis:
 Feraliq; tuba grandē fugare nefas.

Nemo adeo durus: nemo tam saxeus usq;

Qui non hos casus lugeat atq; fleat.

Ecclesię uideat cum sic decrescere sedem:

Quandoquidem in lapsu sacra cathedra iacet.

Roma caput mundi nutat, tremit, atq; labescit.

Debilibus uehitur fors modo nostra rotis:

In miseroq; gra du christi respublica passim

Fluctuat: & subita mobilitate fremit.

Dogmata non solum fidei: legesq; sacratę

Decrescunt: sed enim sanctio quęq; ruit.

Praga

Heretici

C. de his q

sibi mor.

sci. l. una:

xxiii. q. V.

placuit.

i au. ut iud

sine q suff.

in pn. coll.

ii. In au. ut

diui ius. in

prin. coll.

Viii.

Roma de

qua Lactā

tius.

**De reipu/
blice xp̄ia /
ne interitu**

Omnes uobis
dies ac noctes
p̄rigat: cū om̄i
lucudratōe &
cogitatōe de/
gere sp̄, uolēti
bus: ut aliquid
utile & placēs
deo: subditis
p̄beaf: & nocti
bus sub equa/
litate dieꝝ ur̄i:
quo i uobis sub
iecti sub omni
quiete p̄sistat,
solicitudine li
berati: nec ces
sare inquirere
si quid sit &c.

**Causa destru-
ctionis fidei.**

Math. Viii.



In culpa proceres sunt: & torpentia corda
Regum: qui manibus bellica tela gerunt.
Hi fidei quis clypeum: sceptrum: armaq; portant
Lumine sed patulo, tristia fata uident.
Nemo rapit galeam: nemo iam classica pulsar:
Magnanimo nullus pectore signa gerit.
Ut modo romanam defendat marre parentem:
Nauiculam Petri uentus & unda quatit.

Vna fides
Que p
Nunc ritu
Et casu
Arma par
Ecclesia
Vix tener
Cladib
Impugna
Ecclesia
Impia iura
Gentib
Pestiferas
Arcy A
Inde Asia
In sua in
Soldanū A
Et clade
Qui Geri
Sarmat
Bosphoru
Nec fu
Perdidim
Que qu
Europe m
Hungar
Dalmata m
Marte r
Raro sed a
Deferim
Heu nichil
Decrese
Tristibus
Planga

Vna fides christi toto uenerabilis quo

Quę poris est cunctos sanctificare uiros:

Nunc titubar: lapsumq; timet: subitamq; ruinam:

Et casus metuit precipitanda truces.

Arma parant contra, peruersę Martia gentes

Ecclesiam: tumido quę tremit acta freto.

Vix tener illesam christi respública sedem:

Cladibus at tandem: mox quoq; lassa ruet.

Impugnat Thurcus, Scythicis primū ortus ab oris

Ecclesiam Petri, dilaceratq; fidem,

Impia iura dedit Mahumętus pseudo propheta

Gentibus immodicis legifer ille fuit:

Pestiferas totum sectas diffudit in orbem:

Atq; Arabis primum dogmata falsa dedit:

Inde Asiam inuertit maiorem: Africę sequuti

In sua iurarunt impia uerba uiri.

Soldanū Aegypti, Maurosq; & Thartara regna

Et cladem fidei, Thurcum habet ille, sacre:

Qui Geticis niuibus quondam cōtentus: & aruis

Sarmaticis, pontum nunc habet Ionium.

Bosphorus at Thracię: septē quoq; regna Trionis

Nec fuerant Thurco regna paterna satis:

Perdidimus Lybię gentes: Asiamq; minorem.

Quę quondam coluit dogmata sancta patrum

Europę multos populos amissimus e heu.

Hungarus atrox sensit adesse manus.

Dalmata mortiferos insultus sepe, cruento

Marte rulit: Thurcos dispulit atq; truces:

Raro sed auxilium christi de milite sensit:

Deserimus fidei culmina sponte sacre.

Heu nichil accrescit nobis: sed cuncta labascunt.

Decrescit uirtus: marcet ubiq; fides.

Tristibus in lachrimis quis non hoc flebile fatum

Plangat: cesariem dilanietq; suam:

Thurcus

Mahumę
tus.

Arabia

Asia

Affrica

Thurcus

ex caspiis

mōribus.

Bosphor⁹

Thracię

Lybia

Asia mior

Hungaria

Dalmatia.

Here. ix.

Treno. ii.



orda
crunt
portant
illar:
it.
entem:
sit.

Græcia. Perdidimus Graios: fidei quos dogmata nostræ
Thracia. Continuere diu: perdidimusq; Thraces:
macedoia Sub iuga Thurcorum Macedon trásiuit: Achiuus.
Achaia. Cervicem pariter ad iuga dira dedit.
Theffalia. Perdidimus Spartam: Thebasq; & Theffala tempe
Mysia. Nos Mysias nuper perdidimusq; duas.
Cóstanti / Gallata nũc seruit: noua Romaq; cęsare digna
nopolis. Imperium amisit, cum Trapezonte, suum.
Trapezos Quid iuuat innumeras chartis memorare ruinas:
 Christicolis pudor est sic cecidisse fidem.
 Oia Thurcus habet: nec enim est contentus in illis
Istria. Quę male possedit: nos quoq; habere cupit.
Pannonia Non satis Istricolos, Styriosq; & Pannonia rura
Illyria. Tutari a Thurco gens modo nostra ualet.
Apulia. Illirici trepidant: insultus appula rura
Italia. Thurcorum metuunt: Irala terra tremit.
Sicilia. Vix se defendet fumantibus ethna cauernis:
 Enceladi ceruix sentiet illud onus.
danubius. Ister & indomita Suguorum ab origine natus:
 Thurcorum meruit nunc tolerare iugum.
Rhodos. Sácta Rhodos defende fidem: mahumerica sacra
 Dirrue: saluificam contueare crucem:
Bagiazit Bagiazit princeps: sua gens quem nomine dīro
Ildrimi. Ildrimi uocitant: arma seuera parat.
 Horriferis bellis nostras contendit in oras:
 Et properat sanctam uertere ubiq; fidem.
 Percitus est furiis: facies præcincta colubris
 Eumenidum: cordi bacchicus ardor inest:
 Sanguine christicolas laceratq; & morte cruenta
 Afficit, abducit: carcerat, interimit.
Esaig. lvi. Ista sitis Thurci satiatur sanguine nullo:
Ecclef. xii. Marte fores pulsat christicolumq; lares:
Roma. Roma decus fidei: Petri sanctissima sedes
 Ni caueas: lacera fronte capistra geres.

Euomit
 Et fu
 Heu lup
 Et uo
 Diripit i
 Eneca
 Torpor
 Perpe
 Nos apu
 Sunt &
 Sunt uire
 Consi
 Aramen
 Perdi
 Dormita
 Morri
 Dormita
 Turba
 Nemo ue
 Hoste
 Europę u
 Exten
 Thurcor
 Ob sco
 Diuitias
 Exulat
 Auri sacra
 In poer
 Coelica p
 Et part
 Olim Rom
 Quatt
 Sacratas
 Fortis

Euomit en rabiem toruam hęc Acherontia secta:

Et furit; ut laniet teq; sacramq; fidem.

Heu lupus innocuum passim consumit ouile.

Et uorat infontes dissipat atq; uiros:

Diripit infantes. matres castasq; parentes

Enecat: imberbes cum senibusq; rapit.

Torpor habet mentes nostras: precordia marcent

Perpetuusq; premit pectora nostra sopor.

Nos apud indomiti lex est & copia Martis:

Sunt & magnanimi, signiferiq; duces:

Sunt uires animi: sunt & conamina belli:

Consilium prudens: ingeniumq; ferax:

At rament immanes patimur procedere Thurcos:

Perdimus & nostro crimine sponte fidem.

Dormitant reges, proceres: palinurus in undis

Mortiferis recubat, qui caput orbis habet:

Dormitat nunc Petre tue ditissima sedis

Turba: patet Thurco dilanianda fides.

Nemo uetat sequire trucem, per regna, per urbes,

Hostem: sponte sua quisq; perire cupit.

Europę magnam partem perfregit, habetq;

Extenuat nostram uictor ubiq; fidem.

Thurcorum rabiem iam crimina nostra merent:

Ob scelus atq; nefas poena luenda uenit.

Diuitias colimus: nummis componimus aras:

Exulat & uirtus: exulat alma fides:

Auri sacra fames: rerum quoq; nana libido:

In poenas meritas pectora nostra trahunt.

Coelica pulsa quidem terras astręa reliquit:

Et partem imperii nunc sibi quisq; rapit.

Olim Roma potens: patres, fideiq; sorores

Quattuor elegit: cum quibus esset honor:

Sacratas solymas: urbem a nomine dictam

Fortis Alexandri: sedem etiam Antiochi:

**xlii. dif. sit
rector. &
c. ephesus.**

**c. quis de
reg. iu. i au
Psal. lxxv
Nau. iiii.
Esaie. li**

**Oul. & in
phe. greg.
Eccle. xiiii
Ioh. xix. c.
iter q̄ttu,
or de ma.
& ob. c. ni
mis d̄ pul.
Hieroso,
lyma.
Alexádría
antiochiá**

Constāti, **Quarta soror Constantis erat noua Roma: sed oēs**
nopolis. **Has premit imperio turba nefanda suo.**
Gentiles iterum secte: pseudoq; prophete
Exurgunt nostram contaminare fidem.
Cause de, **Nemo uetat: rigidis sunt pectora nostra tenebris**
solationis **Subruta: christicole lumina ceca gerunt.**
fidei. **Hos merito lapsus ob crimina nostra seueros**
Leui. xx Vi **Nunc patimur: christus denegat auxilium.**
Prouerbi. **Maior in immani nunc est reuerentia thurco:**
xx viii. **Maiori cultu dogmata falsa colit:**
q̄ nos christicolę legemq; fidemq; beatam.
Foedera rupta cadunt: pax quoq; nulla malis.
Impieras: usura placet: spoliūq; bonorum:
In ciuem ciuis: filius inq; patrem.
Quilibet alterius gliscit contingere terras:
Eiicit atq; alium, sede locoq; suo.
puer. x vii **Christicolas proceres uexat cōcordia discors.**
Hiere. xv **Priuata utilitas uertit ubiq; fidem.**
Mirandum iccirco non est si perdimus urbes
Innumeras: terras, regna uerusta simul.
Nil restat: thurcus martem mox ducet in oras
Nostras: nil thurcum classica nostra uerant.
Romane **Porta pater: uia facta palam: Roma inclita Roma**
urbis prin **Vix tandem euades: seua procella uenit.**
cipia. **Condidit initio te rex: te consul adauxit:**
Hier. xxxi. **Mox retigit summos uertice Roma deos.**
ad he. viii **Cesareis tandem sceptris subiecta: sed inde**
Exhorta° **Libera facta nimis: mox quoq; scepra feres.**
Cōcordia **Nemo uetat: minuitq; fidem iam noxia culpa**
parue res **Nostrorum scelerum: conscia pena subest.**
crescūt. dis **O proceres latii: tuq; o Germania fortis:**
cordia ma **Vos rigidi Galli: Pannoniusq; ferox:**
xime dila **Et tu papa facer: Christi defendite nomen:**
buntur. **Bellica uictrici stringite tela manu.**

Inter uos p
 Sacra fi
 Vnus & al
 Iuncta f
 Possumus
 Finibus
 Spes quoq
 q̄ scepr
 Afflicti p
 Et soly
 Viribus A
 Cesaris
 Nil mihi F
 Laudan
 Cesareo d
 Ecclesi
 Victrices
 Constit
 Mox soly
 Restitu
 Sed uos C
 Admo
 Quādoq
 Autor
 Dormita
 Ecclesi
 Cūcta uid
 Nec uo
 Ergo per
 Addit
 En aderit
 Coele
 Maximili
 Rex fr

Inter uos pietas: sit pax, constantia, firma
 Sacra fides: nexu perpetuatus amor:
 Vnus & assensus: concordia fida: manusq;
 Iuncta sit: arripiat quilibet arma cito.
 Possumus e nostris procul hinc expellere Thurcum
 Finibus: & christi sic stabilire fidem.
 Spes quoq; adest nostris firmissima gentibus una
 q; sceptrum imperii Maxmilianus habet:
 Afflictis poterit solus succurrere rebus:
 Et solymas propria nunc reparare manu.
 Viribus Alcidem superat: precellit Achillem:
 Cæsaris, hoc uno est principe: fama minor.
 Nil mihi Pompeius magnus: nil Silla: Camillus
 Laudandi: mea laus Maxmilianus erit:
 Cæsareo dignus princeps diademate: sedem
 Ecclesie firmer: imperiique sacri.
 Victrices aquilas: uictricia signa per orbem
 Constituet: Thurci dissipet atq; minas:
 Mox solymas: signumq; crucis: tumulūq; sacratum
 Restituet: regi cælica turba fauet.
 Sed uos Germanos proceres, gentesq; potentes
 Admoneo: precibus inuigilate meis.
 Quandoquidem latii dominos dormire uidemus:
 Ausonidum torpent membraq; lassā ducum.
 Dormitant Siculi reges: gallusq; superbus:
 Ecclesie dormit negligit atq; cohors.
 Cuncta uidemus enim, scimus quoq; possumus atq;
 Nec uolumus: cunctos sponte perire iuuat.
 Ergo per immanes ducatis classica gentes:
 Addite Tarpeio corpora uicta iugo.
 En aderit uobis presentī numine christus:
 Coelesti franget impia castra manu.
 Maxmilianus adest: quo maior tempore nullo
 Rex fuit: a digno stemmate sceptrā gerens.

Salustius

Maximili,
 anus impe
 rator sc̄tis
 simi: roāni
 imperii.

Apostro,
 pha ad ger
 manos.

Apo. x Vii
 Maximili,
 anus Rex
 romanorū

Follo

Inuideat quicūq; uelit: non iustior illo
Principe: non heros clarior ullus eo:
Cæsareum profert uultum: in ceruice nitescit
Maestas: mores nobilitatis habet:
Fraudibus attentat nihil hic: nihil ille dolosum
Concipit: at plano tramite uita meat:
Hunc non insani fastus: sed candida uirtus
Eleuat: hic solus foedera pacis amat.
Hoc duce crescet honos terris: hoc principe sancto
Possumus in tuta pace manere diu.
Liuida corda cadent: quæ nutu sepe superbo
Impediunt regem, consiliumq; bonum.
Exitus hos tandem tristes, tormenta manebunt
Et sua: qui cupiunt per scelus arma sequi.
Nullus in orbe uiget princeps qui cæsare nostro
Sit melior. iustis seruiat ergo suis
Quilibet: & capit is mandata fidelia sacri
Perferat: & domino seruiat usq; suo.
Hoc duce Sarmaticas gentes superabimus: atq;
Euxinum pelagus: histoniosq; lares.

De assentatoribus & parasytis.

Subdolū equum quisquis manibus palpare putabit
Lambere uel discos: blanditq; potentibus. ille
Assentator ut est: sequitur sic atria regum: &
Nobilium mensas: agit & fatuum parasytum.

puer. xxiix
Bea. tho. ii
ii. q. cxv.
glo. xxv.
dis. c. unfr.
Teren. in
enu.
xlii. di. ec
ce quare.

Melior his etiam fatuis adiungere classem
Per mare qua uehitur aulica turba procul:
Hæc etenim propriam cupiens cōscēdere puppim
Kostratq; dedimus uela cupita ratis.
Nobilium serui cupiunt fulcare seorsum:
In turba nequeunt continuare dolos.



Doctus a
Cum d
His igitur
Ne frau
Assentato
Primus
Alter enim
Auribu



Doctus adulator solus cupit esse, potenti
 Cum domino: & solus noscere cuncta cupit.
 His igitur fatuis lembum hunc cōstruximus amplū:
 Ne fraudis caperent impedimenta suę.
 Assentatores pascit nunc curia regum:
 Primus apud dominū quilibet esse cupit.
 Alter enim tacitum uirus falsosq; susurros
 Auribus infundit: illecebrasq; serit.

p.i.

De assenta toribus.

Princeps qui
 libenter audit
 uerba mēdacii
 oēs ministros
 habet impios.
 Sunt qui se pri
 mos oīm rerū
 esse uolūt: nec
 sūt, hos conse
 ctor simul qcq̄
 dicūt laudo. id
 rursus si negāt:
 laudo. postre
 mo imperaui
 egomet mihi
 oīa assentari. is
 quest⁹ nūc est
 multo uberi⁹.
 hęc nomen ē
 aucupium

Horari⁹ in epi.

Leuitici. xix.

Eccle. vii.

xliii. dis. c. ul.

puer. xx. vi.

i. Theffa. ii.
Ecclesi. xx. viii.

Iuuenalis
ff. de her. insti.
l. capratorias.
lxxxiii. di. nihil
xi. q. iii. nemo
perit.

Eccle. xxi.
glo. in l. i. C. si
q. aliquē ref. p.
Ad Roma. i.

Pfal. xl.
Ecclesi. xii.
xlvi. dist. sunt
nonnulli de his
que fi. a. ma. p.
c. que siuit. &
in glo.

xi. q. iii. non
solū. xxx. q. v.
nullū. glo. pe.
xvi. q. ii. c. i.
lxxxvi. dist. si
quid
Ecclesi. xix.

Alter ab excultis, sparsas, scit uellere plumas
Vestibus: & domino complacuisse suo.

Est alius mulcens sermonem mente dolosa
Prolatum: & fraudem miscet ubiq; suam.
Dulcibus eloquiis, & uano murmure, stultus
Palpat herum: ut citius uera relata putet.

Delectat multos aliena uiuere quadra:
Diuitis uncta quibus nempe culina sapit.

Efficiunt plures mendatia sordida dites:
Quisquis adulator primus in arce sedet:
Doctus & ad flatus uentorum obducere pallam:
Scit quoq; se cunctis assimilare dolis.

Iam datur insignis locus his: qui uoce bilingui
Per patulas aures spargere uerba sciunt.

Multi assentando preconiā clara merentur:
Nam domini ingentes fallier usq; uolunt.

Nemo iam gratus: nisi qui proferre susurros
Occultos didicit, & noua multa loqui.

Sed quia peccatum comitatur noxia poena:
Calcitrat hos tādē fraus sua, & ungula equi.

De delatoribus & obloquutoribus.

Hic animum leuitatis habet, qui credere uerbis
Omnibus usq; solet: patulasq; accomodat aures.
Nam nebulo mēdax: balatro quoq; perfida fundit
Verba: parant hominū lites plerūq; molestas.

Vix ego presentes fatuos ad transtra uocassem
Si uicina ratis non petiisset eos:
Hoc genus indignum primam nunc occupat arcem
In mundo: quoniam credula uerba canunt.
Sed ramen est fatuus: facili qui concipit aure
Quicquid multiloqui prodit ab ore uiri.



Stultitē si
Auricu
Stultus em
At sapie
Magnan
Percuti
Hic etenim
Presidi



Stultitię signum crasso de pectore profert:
 Auriculę cuius ad mala uerba patent.
 Stultus enim patulas uerbis accōmodat aures:
 At sapiens stulti subdola uerba fugit.
 Magnanimus non est alium qui uerbere duro
 Percutit a tergo: nec monitum ante: ferit.
 Hic etenim incautus, nescit sibi ferre salubrę
 Pręsidium: in dorso nam quia uulnus habet
 p.ii.

Facile credere.

Nimia facilitas credēdi uituperatur. Nō solū ille reus est qui falsū de alio p, ferr: sed etiā is q aurē cito criminib⁹ preber. Nullū añ uerā iustāq, pbario nē iudicare aut damnare debemus. Mala ira, q̄ audita nullū moueant: aut passim dicta absq̄ certa p, barōe q̄sq̄ unq̄ credat: sed āre audita diligenter inquirat.

Hester. xvi.
 puer. xiiii.
 Iosue. vi.
 puer. xxiii.

Folio

Dulce magisterium est uerbis nunc prodere falsis:
 Et iustum insidiis deprimere ore uirum.
 Hoc uitium quicumq; cupit tractare: prophanus
 Proditor: iniustus & maleficus erit.

Eclsec.
 xx viii. i fi.
 ii. Thef. ii.
 pue. x viii
 Eccle. xiii.
 Sapien. ii.
 Eccl. x viii
 puer. xx: x

Delatoris enim fugiat mendacia, quisquis
 Viuere perpetua cum probitate uolet.
 Lingua nocens tacitis precordia casta uenenis
 Inficit: & tremuli conerit ossa uiri.

Hester. iii.
 miphibo /
 serh.
 Reg. x vi
 i. Mach. x.
 esa. xx viii

Hoc uitio absentis, parti turbantur honores:
 Hoc uitio siquidem crimina multa fluunt.
 Heu super alterius causam sententia fertur
 Septius iniuste: lex quoq; falsa nocet.

Accusatus enim falso: non ante citatus
 Tutari causam quomodo rite potest:
 Hoc Mardocheum uitio, olim perfidus Am. an
 Detulit: at tandem premia digna tulit.

Credulitas natum Saulis pulsauerat olim:
 Nam delatoris crediderat uitio.
 Magnus Alexander faciles non prebuit aures
 Verbis: credulitas nam celerata nocet.

De falsariis & frudulentia.

Alchimia docet fallax: corruptio uini &:
 Quas fraudes hominum perfidus orbis agat.
 Omnibus in rebus fraudis falsiq; doliq;
 Cuncta scatent uitio: tuta nec ulla fides.

Côtra Al,
 chimistas.
 uide rex. i
 c. epi circa
 fi. xx vi.
 q. V.

Iam nisi centenas tribuant in carmine uoces
 Castalix: totidem linguas: uiresq; potentes:
 Dictandi: nequeam falsos componere stultos:
 Copia magna quidem est illorum: magna caterua.
 Inde opus est raribus, plures superaddere classes:



Uper l
 Et sparg
 Sed gen
 Falsus a
 Nempel
 Falsi eti
 Fraudib
 Que lon



De fallari/ is rerū oīm

Valeant alchi,
mist: eqm̄ spēs
rerū trāsmuta,
ri nō pnt. Quis
qs ergo credit
posse fieri ali,
quā creaturam
aut i meli⁹: aut
in deteri⁹ imu,
tari, aut transf,
formari in aliā
speciē uel in ali
am similitudi,
nē: nisi ab ipso
creatore q oīa
fecit et p quem
oīa facta sūt: p
culdubio infi,
delis ē & paga
no deterior.

Vt per longinquas sulcent me remige terras:
Et spargant passim merces, fraude seq̄ dolosas.
Sed genus est uarium quod fraudibus inficit orbē:
Falsus amor fallit multorum credula corda:
Nempe latens gestat, sub lingua sepe uenenum.
Falsi etiam & ficti nunc inueniuntur amici:
Fraudibus immixtis qui dulcia quęq̄ loquuntur:
Quę longe a uero & sincero pectore distant.
p.iii.

p.uer. xi. &
xxix.
Ecclesia. Vi.
Ecclesi. xxxvii

- puer. xii. Consilium falsum largitur præmia multis:
 Eccle. viii Decipiunt multos simulata & credula uerba.
 & xxxvii Nemo cōmunes res curat: publica facta
 Marcent: in propria & mentimur cōmoda passim.
 Ouidius Germanus fratrem: fallit natusq; parentem:
 Aut fraudare cupit: nullum est iam pignus amoris
 Religio falsos cultores sustinet: atq;
 Math. vii Clericus & monachi hipocrisi, falsisq; laborant.
 Mentibus: exterius redolent: sed sub cute quid non?
 Atq; lupi plures, ouium nunc uellera portant.
 Ezech. xiii Simplicitas extra fulget. sub pectore uulpis.
 Lucæ. xiii. Contraminat totum & nunc falsa pecunia mundum:
 pue. x viii Argentum minuunt: miscent quodcunq; metallum:
 Auri confundunt speciem: gemmasq; dolosas
 Hieremię Pro ueris uendunt: nūmus sua pondera nescit.
 V. & vii. Est fraus in numero: mensura, & pondere rerum:
 Ecclesi. In uino fraus est: merx est nunc omnis iniqua.
 xx vii. Nulla fides hominum: fraudes sibi quisq; latentes
 Virgilius Tractat: & in rebus fallatia nomina querit.
 iiii. enu. Foelix ille quidem est: qui fraudes effugit omnes:
 puer. xx. Pauci inq; fidi nunc sunt: minimiq; fideles.

De antichristo.

- Deutr. xiii Iam nauem celeri cursu præmissimus altam:
 xxvi. q. v Qua uehitur tacitis fraudibus acta cohors.
 in fi. Nauis adhuc plures circum subsellia currunt
 Stulti: qui cupiunt soluere uela manu:
 Qui sint: & quales, q̄ plures forte requiris:
 Quos coner meritis dilacerare notis:
 Pace loquar: ne fors uerborum turba malorum
 In teneram pergat tendere tela ratem:
 Mat. xxiiii Christicolas falsos refero: pseudoq; prophetas
 Marci. xiii Qui christi, falso pectore, sacra colunt.





ix. dif. ego
 c. si ad sa/
 cros.
 xxiiii. q. iiii.
 heresis.
 Act. xxvii
 puer. xxx.
 Marci. iiii.
 math. viii
 Hiero. i p
 logo bibl.
 xxxvii. di.
 relatum
 Apoca. xx
 ii. thim. iiii.
 ix. dif. quis
 nesciat.
 ii. Petri. iiii.
 Hie. xxiii.
 Mich. iiii.
 xlvi. dif.
 hoc h3.
 xxiiii. q. iiii.
 here. xxx/
 vii. dist. c.
 relatu &
 c. uino.
 xxiiii. q. i.
 nō affera/
 mus.
 Ezech. ii.

Quicq; aliter sacras leges & dogmata uersant
 q̄ textus planus edocet atq; sonat:
 Clauigeri petri nauem, lacerosq; rudentes
 Frangunt: remigium dilaniantq; sacrum.
 Fluctuat ergo raris tumidas agitata per undas:
 Inuastocq; freto naufraga uela iacent.
 Interpres falsus: leges, & pseudo propheta
 Diuinas uiolant: contaminantq; fidem.
 Nec sese tantum falsis erroribus implent:
 Nec propriam in faciem dogmata spurca uomūt:
 Decipiunt alios: & legum semina spargunt
 Passim: sed tales noxia poena manet.
 Sunt nobis fidei lepido monimenta nitore
 Pręstita: quę mentes saluificare queunt:
 Planasq; sunt: uerbis non interfusa dolosis:
 Non fraudes: legum pagina sacra: tenet.
 Multorum mentes trahit at nunc ambitiosi
 Consuetudo mali: nō ininis aq; labor:
 Quos & doctrine premit arrogancia parte
 Obscurant hominū pectora nuda malis.
 Scripturas sacras aliter q̄ spiritus illas
 Depromit, recitant: gloria uexat eos.
 Nonne satis fuerat te intellexisse sacratas
 Leges: atq; alios sic superasse uiros?
 Concupis at cultus diuinos, more sinistro
 Voluere: muratur (te duce) nostra fides.
 Spiritus etherea quondam dimissus ab arce
 Protulit ad nostros hec documenta patres.
 Hi falsam trutinam manibus gestare uidentur:
 Dogmata qui falso sacra docere solent.
 Hoc leue nunc faciunt: nunc illud pondere magno
 Pensant: sic sacram uoluimus usq; fidem.
 Qui sic defraudant fidei pia dogmata nostre:
 Nunc Antichristo preuia castra locant.

Thesaur
 Ad
 Conuoc
 Qui
 Qui fal
 Per
 Hineq
 Spor
 Abduc
 Quo
 Adq; n
 Tan
 Sed no
 Illa:
 Corru
 Et u
 Nauicu
 Et q
 Iam titu
 Ne r
 Scriptu
 Do
 Ipse An
 Cur
 Et fals
 Pre
 Id quo
 Nam
 Gratia p
 Que
 Copia
 Atq;
 Sunt &
 Pref

Thesaurosque parant: quibus insatiabilis error
 Ad se prauorum pectora uicta trahat.
Conuolitant multi, Antichristi signa ferentes: i. Ioh. i.
 Qui tentent sacram contaminare fidem.
Qui falsas etiam secum dispergere leges
 Per mundum properent: falsidicosque deos.
Hi neque uerberibus tracti, seuis uel flagellis:
 Sponte sua illius quisque satelles erit.
Abducet fatuos funesta pecunia multos: Eccle. x.
 Quos antichristi libera dona trahent.
Adque ministerium plures mercabitur ille:
 Tam foedum nummis: fraudibus atque malis.
Sed non durabit longeuo tempore classis Apoc. xiii.
 Illa: sed in tumidis fluctibus acta ruet.
Corruet: & cantus rhedarum, & plaustra quiescent:
 Et ueri remanet lex, & honesta fides.
Nauiculam petri tempestas turbida iactat: Marci. iiii.
 Et quatit exructam dira procella rarem:
Iam titubat malus: titubant quoque carbasa celsa:
 Ne ruat, exitio puppis operta graui:
Scripturas sacras interque pretamur iniquo
 Dogmate: ueridicam mergimus usque fidem. i. Iohan. i.
Ipse Antichristus spaciosum misit in orbem Eccle. ii.
 Cursores celeres: qui sibi castra locent. ii. Iohan. i.
Et falsos fidei cultus: & semina spargant
 Preuia: per gentes, christicolisque uiros.
Id quod presenti uolumus sermone notare:
 Nam tria sunt: falsa est in quibus alma fides:
Gratia pontificis que sacro funditur ore:
 Que tamen ad nihilum, sprete, redacta iacet.
Copia librorum: qui falso interprete marcent:
 Atque bono legis expositore carent.
Sunt & doctrine: quibus & nunc gloria nulla
 Prestatur: tenebras discimus usque meras. Inno. in. c.
 que autem, de
 pe. & re. &
 i. cle. fi. e. ti.
 Eccle. xvi
 puer. xvi

xciii. di. legi⁹. Copia librorum totum est iam sparsa per orbem:
 Pauperis & libros bibliotheca tener.
 Nemo tamen ueri sinceram diligit artes:
 Dogmata nemo colit nunc nisi solus inops.
 Prouer. xxiiii. Nobilibus pudor est doctos uersare libellos.
 Ecclesiast. ii. Heu laceris Pallas in gremio ubiq; comis.
 Hier. xiiii. Gloria nulla datur studiosis: premia nulla:
 Eccle. Vii. Incassum studii perditur usq; labor.
 Ezech. Vii. Tempus adest: uenit tempus quo pseudo prophete
 Omnia subuertent: tempora praua patent.

Veritatem obricere.

Quisquis amore, metu, precio: atq; fauore, minis ue
 Non loquitur uerum: sed bene facta fillet:
 Qui populo ut placeat: supplantat uera palato:
 Hic Antichristi, cursor, amicus erit.

xxx Viii. dist.
 sedulo.

Psal. xxx V. Est animus multis sincerus: mensq; parata
 prouer. xii. Ut possint leges christi uerumq; fateri:
 Eccle. xii. Blanditiis tamen hi: uerboq; aliquando minaci
 Math. x. Terrentur: linquntq; sacri conamina ueri.
 xi. q. iii. qd me, Non recte sapiunt qui ueri dogmata: amore
 tu. xl. d. si papa Abscondunt: trepidantq; minas. terrena potestas
 xliii. d. sit rctor Est minor ethereis rebus, iustiq; deorum.
 Actuu. x. Ingenii dotes tribuit cui rector olympi,
 xxiiii. q. iii. Infuditq; animum: cur docta mente uacillat:
 transferunt. Et trepidus ueri metuit predicere leges:
 Ecc. iiii. & xix. Sed quia blanditię multorum pectora soluunt:
 xi. q. iii. nemo. Donaq; missa uetant uerum quandoq; fateri:
 xxii. q. ii. ne Propterea fatuus compresso sepe labello
 quis arbitre. In populum cessat transfundere dogmata ueri:
 Virgilius de Sed sapiens (qualem depinxit musa Maronis)
 uiro bono.



Impauide
 Auder: &
 quis in Si
 Cervicem
 Nam uere
 Horre: a
 Non istur
 Sed christi



Impavidus fortisq; bonum, & prædicere uerum
 Audet: & humani generis trutinare furores.
 Quis in Siculo crucientur corpora tauro:
 Cervicemq; super præceps dependeat ensis.
 Nam uere sapiens non uana pericula mortis
 Horret: at in fixo stabiluit limite uitam.
 Non istum dominus: non uerba minãtia terrent.
 Sed christi leges infracto pectore promit.

Tacere ue- ritatem.

Doctrina sua
 noscitur uir. q. at
 uan⁹ & excors
 est: patebit cõ
 rēptui. labium
 ueritatis firmũ
 erit i pperuũ.
 Qui p timorẽ
 occidat uerita
 tem: prouocat
 in se iram dei.
 Meli⁹ est eni p
 ueritate sup
 plicium pati: q̃
 bñficiũ hñe p
 falsitate. Qui
 confitebit me
 corã hoibus:
 confitebor &
 ego eũ coram
 patre meo.

Iuuenalis de
 thauo phala
 Dionisius.

Thobie. iiii.
 prouer. xii.

- Iohannes:** Vitabat populi cursus, & uana Iohannes
 Murmura: secessus animi querebat honestos.
 xx V. q. ix. Hinc deus ad baprisma suum descendit in undas
 ca. si. Blandidulis uerbis alium qui corrigit: unde
 puer. ix. Exemplum capiat uite, normamq; salubrem:
 Eccle. vii. Si te non audit: si uultu forte minaci
 Ecclesiast. Aspicit: at tempus ueniet quo soluere grates
 xxx vii. Dignetur: laudesq; tibi & benefacta rependet.
 Eccle. xxi. Mundanas propter qui res, abscondere uerum
 Hiere. li. Tentat: & eternis preponit comoda rebus
 Corporea: hic tenebris morietur stultus in atris.

Retractio a bono.

Qui uult esse ueritatis
 Cultor & beatitatis
 Semper hic aduersitatis
 Sentiet obstacula.

- Mat. xvi. Est merus hic fatuus, stolido quoq; sanguine plenus
 marci. viii Impediens iustos a bonitate uiros.
 pue. xxiiii Est aliquis tentans mores componere rectos
 Ad Ro. i. Et uitam sacris fortificare bonis:
 Psalmo Tu tamen hinc retrahis manibus petulantibus: atq;
 xxxvi. Propositum tentans contaminare bonum:
 puer. xiiii. In promptu ratio est: similes sibi poscit habere
 Eccle. xiiii. Et numero plures, stultus & improbulus.
 Persequitur fatuus, dignos, iustosq; bonosq;
 Eccle. xx. Odit & egregios: deteriora placent.
 Est studium fatui: multos ut contrahat, ad se:
 Ne solus fatui nomen inane gerat.
 Consilium prebet falsum: manibus pedibusq;
 Allicit: & sanos impedit usq; uiros:



Inde, b
 Ille
 Corin
 Iudic
 Esse
 Vitu
 In chr
 Ten



Inde, bonus si uult, positis bene uiuere mundi
 Illecebris: racita & cui loca sola placent:
 Cōtinuo exclamat stultus: damnat' quoq; iniquo
 Iudicio iustum: cōmaculatq; bonum:
 Esse (ait) ille putat sapiens sibi solus: amatq;
 Viuere secessu: singula sola placent:
 In christo & sanctis desperat: gaudia mundi
 Temnit: & hypocrisis hunc male sana rapit.

Retrahere a bono.

Cauete a fer-
 mēto pharise,
 orū. q ueniunt
 ad uos in pelli-
 bus ouinis: &
 intrinsecus sūt
 lupi rapaces.

Ne emuleris
 uiros malos:
 nec desideres
 eē cū eis. qa ra-
 pinas meditat
 mens eorū: &
 fraudes labia
 eorū loquunt.

Noli emulari
 ut maligneris.
 Qm q malig-
 natur, extermi-
 nabuntur.

Sapien. V.
 Lucę. xii.
 i. Thimo. iiii.

Math. V. Nos socios inter uiuemus: & insuper alti
 ii. thim. ii. Speramus tandem premia habere poli.
 Ecclef. Vi. Qui bonus esse cupit, christiq; ad regna uenire:
 & Vi. Audiet a stultis talia multa uiris.
 xx viii. q. i. Vir bonus & sapiens mundi uitare laborat
 sepe. Illecebras: anime & noxia damna fugit.
 Lucę. xxi. Eheu uana nocet modo conuersatio mundi:
 puer. xiiii. Quę ducit cunctos ad scelus atq; nefas.
 Ecclesiast. Ergo si probitas: si uirtus: si bona uita:
 xxx vii. Non possunt in te forsan habere locum:
 He. xxix. At saltem iustos homines seducere noli:
 Ad coll. iiii. Parce bono: uerum qui, sine, transit iter.

Omissio bonorum operum.

Lampades accendunt oleo quicūq; flagranti:
 Quiq; tenent rutilo flagrantibus igne lucernas.
 Dulcia perpetui capient solatia regni:
 Ianua pandetur simul his pulsata repente.

Boetius Eheu precipiti mortalia corda profunda
 mat. xxv. Mersa: salutarem querite posco uiam.
 Lucę. xiiii. In tenebris densis mens est humana sepulta
 psal. vi. Nullus enim superum tela trifulca timet.
 xii. q. i. ois. Vita malis hominum sordescit consita rebus:
 Ad he. xii. Mergimus & tumido lautia corda mari.
 De cle. nō Quid prodesse tibi poterit, q; feceris olim
 resi. relatū Sinceras operas, & benefacta quidem?
 Lucę. xii. Quid tibi thuricremas prodest q; struxeris aras:
 de renū. c. i. Frugum primitias obtulerisq; deo:
 de eta. & Quid prodest iuuenem primos micuisse per annos
 qua. intel. In uirtute sacra: & degenerasse senem?
 leximus. Quid iuuat & fidei sacre documenta sequutum:
 Math. x. Qui non continuat nec bene facta colit?



Cum de
 Mor
 Quilibet
 Facta
 Qui cup
 Mens
 Stultus e
 Iudic



Cum deus omnipotens extrema iudicet hora
 Mortales: cunctos & tuba magna uocet:
 Quilibet exacte cogetur reddere uite
 Facta: quibus capiet premia digna quidem.
 Qui cupit extinctas oleo accendisse lucernas:
 Mens sua dum nutat: spiritus atq; fugit:
 Stultus erit speratq; nimis: nec tristia uerba
 Iudicii extremi cogitat atq; timet.

Bonorum
 operū ne /
 gligentia.
 Quinq; fatuę
 acceptis lāpa /
 dib' nō sūpse,
 rūt oleū secū.
 prudētes uero
 acceperūt oleū
 in uasis suis cū
 lampadibus.
 Nouissime ue
 ro ueniunt &
 reliq; dicentes:
 dñe dñe aperī
 nobis, & clau /
 sa est ianua. A
 men dico uo /
 bis nescio uos
 discedite a me
 oīs q opamī
 iniquitatē. Ire
 maledicti in ig
 nem etnū &c.

i. q. vii. fugge,
 sūt. i. Reg. xii.
 Math. xxiiii.
 i. Corin. xiiii.

xxvi. q. vi. si
 p̄sbitur. in glo.

- Mat. xx V. Si subito moritur sapiens, subitoq; labascit:
 Sapien. iiii. Mors tamen illius non miseranda uenit:
Hic operas quoniam iustas premissit: ad illum
 Quem penes eterno lumine uita manet.
 Eccle. xi. Sed fatuus uecors. cui sunt precordia ceca:
 deutr. Viii Iudicii horrendam spectat adusq; diem:
 Ad heb. ii. Illius eterno tumulentur membra sepulchro
 Seneca. In cineres densos mens quoq; praua ruet.
 Eccle. Vii. Proh res mortales sequimur: fatumq; futurum
 Math. xi. Negligimus: fatuos impia cura rapit.
 de pe. dist. Non deus extrema uenientes spernit in hora:
 Vii. nemo. Intutum, incertum, sed fatuum atq; nimis.
 Eze. xxxiii

De premio sapientie.

Possumus ad dextram palme spectare coronam:
 Ad leuam mitre cernimus auriculas.
 Ecce sinistrorsum fatuorum maxima turba
 Pergit: & exitii premia iusta capit.

- puer. xvi O stulti (ueniam petimusq; damusq; uicissim)
 Math. Vii Parcite si uos nunc nostra thalia ferit:
 Iob. xx Vii Iam cano iustitie que premia: quanta sophie
 Thob. iiii. Munera largiri constituiq; decet.
 xl. dist. c. si. Plures sunt: auido studio qui nomina querunt
 Vide glo. Et titulos uanos: famigerumq; decus:
 xliii. dist. in Hic etenim titulum doctoris gestit habere:
 sum. Ille magisterii nomen habere cupit:
 xli vi. di. h3 Non ut christigenas doceat: nec dogmata sacrę
 h° De ma. Spargat scripturę: fortificet ue fidem:
 & obe. hu Laudibus at trahitur, uanaq; cupidine fame:
 milis. Ambulat exese sic quoq; rupis iter:
 Viii. qsti. i. Cogitat haud rectas, animos quibus imbuat, artes
 qualis. Que nectar tribuant Ambrosieq; cibos.

Est apu
 Nulla
 Plures s
 Adq;
 Que per
 Ad se
 Sed tam
 Ad d



Est apud æternum patrem, sapientia mundi
 Nulla: sed hanc stolidam stultitiamq; uocat.
 Plures se credunt ad dextrum pergere cliuum:
 Adq; salutarem posse uenire uiam:
 Quę per continuos traducit corda labores
 Ad sedem ætheream pacificumq; locum:
 Sed ramentis ob mentis cęcas fatuasq; tenebras
 Ad dextram nequeunt tendere rite manum.
 q.i.

De uia felicitatis.

Est uia q̄ uidef
 homi recta: &
 nouissima eius
 ducit ad mor/
 rē. Spatiosa est
 uia q̄ ducit ad
 pditionē: An/
 gusta uero &
 arta quę ducit
 ad uitā & pau/
 ci iueniūt eam.
 Inirium bonę
 uię facere iusti/
 ciā. cum placue/
 rit dño uię ho/
 minis inimicos
 quoz ei⁹ puer/
 ter ad pacem.
 Meli⁹ est parū
 cum iusticia q̄
 multi fruct⁹ cū
 iniquitate.

Abdie. i.
 Corinth. i.

Iudith. viii.
 Actruū. xiiii.

- Luce. xiii. Est uia stricta nimis: ducens ad regna polorum:
Ad stygios ducit latum iter interitus.
Amphytrioniadem magnis imitabere coeptis
Dió de re, Si fugis illecebras: uisq; uidere bonum.
gno. Stultitiam quicumq; etenim comitatur: habebit
Et uitii & sceleris premia iusta sui:
Ecclē. vii. Et meritis sapiens non indoratus abibit.
Et capiet fausto premia clara sinu.
Plato de Sic Plato post habitis fatuis, documenta sophiæ
quo hiero. Lustrauit: famam & posteritatis habet.
in plogo Sed modo foelicem nullum prudentia mundi
bibliç. Efficit: gtheream ni colat ille uiam.

Neglectus infortunii.

Hic fatuus certe est, qui fortunam male faustam
Sentit: & in manibus fata sinistra suis:
Attamen in casu multum est improuidus isto:
Negligit & nunq̄ quod reparare potest.

in autē. de
non alie.

- aut per. ec. Rebus in humanis q̄ sit constantia nulla:
col. ii. Nec sit certa fides: perstabilis ue gradus:
puer. xi. Hoc monstrant hominū casus & fata caduca.
Sapiē. iiii. Hoc te fortunę mobilitasq; docet.
Tullius. Nam res externę foelicem reddere nullum
Seneca. Possunt: cum fragili conditione ruant.
Horatius Nulla manus tantis cum uiribus: atq; labore
in arte. Format opus: quod non tempore & intereat.
ff. de dona Sed quia nunc cupio fatuum componere: cui sors
cā. mor. l. Displicet instabilis: atq; ruina grauis:
senat. C. Attamen inuigilat sitibundo pectore rebus
d neg. ges. Fortunę: cautus nec fera fata cauet:
l. iiii. Hic non mirari debet si fluctibus altis
Hiere. li. Et laceris remis mergitur uncta ratis:
Eze. xxvi.

Sitibi p
Con
Pruden
Et sur
q̄ mala s
Est fa
Adlit in
Lapsi



Si tibi principiis forte infortunia paruis
 Contingunt: tamen hæc sunt comitata malis.
 Prudentum nobis ueterum prouerbia dicunt:
 Et sunt hæc digito rite notanda meo:
 Quod mala fors crescat: crinis quoque nocte dieque:
 Est fati incertus exitus: estque grauis:
 Adsit in exemplum rerum mutatio: que fit
 Lapsibus assiduis: fors peritura fuit,

q.ii.

Periculum non vitare.

Qui amat periculum in illo peribit. Iusticia simplicis dirigit uiam eius: & in impietate sua corruet ipius. Propter peccata labiorum ruina proximo malo. effugiet autem iustus de angustia. Via stulti recta in oculis eius. Iter autem impiorum decipiet eos. In semita iustitie uita. Iter autem deuium ducit ad mortem.


ff.como.l.sicut.

- puer. vii. Prouideat tamen hanc qui tutus uiuere gliscit:
Irrepat tacito fors metuenda pede.
Eccle. lxiii Aequora qui tumidi sulcat spumantia ponti:
puer. xxiii Audet & in fragili tangere naue fretum:
&.xxx. Est opus ut uentos habeat flatusq; secundos:
Luce. viii Ne puppis uastis fluctibus acta ruat.
Ecclesi. iiii Nam fatuus, remis rapidas sulcare per undas
Esaie. xxiii Qui nescit: facile hic tristitia damna capit.
Soph. ii. Sed sapiens, qui non semper confidit iniquis
Iob. iiii. Sortibus: atq; animo fata futura cauet:
Sapie. xiiii Is poterit foelix rabicm uitare furentis
Aequoris: & portum prendere naue bonum.

Detractio bonorum.

Detrahit insipiens iustis plerumq; maligno
Ore: ligans nolam gutture murilegi.
Facta sua inde latere cupit: nec nomen habere
Hinc putat: at tactus clamat ab osse canis.

- puer. i. Gaudia concipiunt: plausus linguaq; manuq;
Eccle. vii. Prudentes edunt: constrepitantq; pede:
Eccle. xxi. q; modo tot fatuos libro collegimus uno:
q; quadrirremem struximus arte nouam.
Non ad diffames culpas conuitia: crimen:
Carbasa nostra uolant: per mare, perq; solum:
Nec cupimus calamo uite proscindere famam:
Gaudeat at iustus: sed malus intereat.
Inde salutaris dedimus medicamina uite:
Et dedimus morum dogmata culta quidem.
Qui leget hec nostri purus documenta libelli:
Stultitie nebulam & retia stricta fugit.
Econtra plures fatuos mea pagina ledit:
Pingendo nostrę quos tetigere manus.



Nec tam
Nec r
Nec tam
Inten
Si sunt ec
Cui p
Hos si lit
Salren



Nec ramen audacter mea scripta reuellerē possunt
 Nec temere hęc contra uerba proterua loqui.
 Nec ramen addubito, quin sint qui uerbere duro
 Intendant nostros contaminare iocos:
 Si sunt edocri: iuueni mihi parcere debent:
 Cui p̄ceptoris uertere scripta placet.
 Hos si liuor edax trahit: & turbatio mentis:
 Saltem operi parcant quod bona multa docet.
 q.iii.

**Obloqui
 bene ope/
 rantibus.**

Nō op^o ē cattī
 pēdere in gut,
 rure nola: Bel,
 la gerēt mures
 prin^o absq; me
 tu. Tāge mon,
 res & fumiga
 būr. Verbū sa,
 piēs quodcūq;
 audierit sciūs
 laudabit: & ad
 se adiiciat. Au
 diuit luxuriōs^o
 & displicuit il,
 li: & piiciet il,
 lud post dor
 sum suum.

P̄ceptorem
 appellat
 S. Brant

Folio

